


D. ERASMI
ROTERODAMI, VI
ri doctissimi, Parabolaram
seu Similium Liber
elegantissimus.



Conditio in hac cetera punitus rufus et idcirco — *in illa etiam iusta gaudiaria vero
causa fuisse eam, quae tunc emere apud secundum decurso; sed ad si laetitia est
non et quod ratiore agi velat, sed per agi ratione quatenus tradidit.*

**ERASMVS ROTERODA
MV S, CVM PRIMIS
eruditio Petro Aegidio celebratissimæ
ciuitatis Antuerpiensis a libellis**

S . D



V L G A R E quidē & crassum istud amicorū genus, Petre amicorū cādīdissime, quorū ut omnis uitæ, ita necessitudinis quoq; ratio in corporibus sita est. si quando procul se iunt, agere cōtigerit, annulos, pugilūculos, pileolos, at q; alia id genus symbola crebro solent inuicē missitare, uidelicet ne uel consuetudinis intermissione languescat bene uolētia, uel lōga tēporum ac locorū intercapidine prorsus emoriatur. Nos uero quibus animorum coniunctione, societateq; studiorum, omnis amicitiæ ratio constat. cur non potius animi xeniolis, & literatis symbolis idem alter alterum salutemus? Non quod ullum sit periculum, ne propter interruptam uitæ consuetudinem, frigus aliquod obrepatur, neve tantis regiom interuallis semora corpora, copulā ac nexum soluant animorum. qui uel hoc arctius sibi conglutinari solent, quo uastioribus spatijs illa fuerint dirempita, uerum ut si quid ex amicitiæ fructu derrahere videatur absentia, id huiusmodi pignoribus literariis, nō sine foenore sarciamus. Proinde nihil quidem uulgarium xeniorum ad amicum adeo non uulgarem, sed plurimas in uno libello gemmas mitto. Cur enim non sic appellē has ipsas cōsiderias ex opulentissimo summorum autorum mundo selectas? Nuper enim dū Aristotelem, Plinium ac Plutarchum locupletandis **Adagiorum** Chiliadibus relego, dum Anneum Senecam a mēdis, quibus ille nō contaminatus erat, sed prorsus extinctus, repugo, has obiter annorauitibimunuscum haudquaq; ingratiū futuras. sic enim augurabar, quod & te perspicere ad orationis elegantiam natura compositum esse. & intelligerem non nitorem modo, sed uniuersam prope sermonis dignitatem a metaphoris proficiisci. Nihil autem aliud est παραβολα quam Cicero collationem uocat, quam explicata metaphora. Ceterorum ornamentorum singula suam quandam, ac peculiarem adferunt gratiam, & commoditatē dictiōi. metaphora sola cumulatius præstar uniuersa, q; exornatiōes reliquæ singula. Delectare uis, nulla pl̄ habet festinatatis. Docere studes, nō alia probat, uel efficacius, uel apertius. Fleclare paras, Nulla plus addit acrimoniae. Studes copiae, nusq; suppellex locupletior. Placet laconismus, nulla plus cogitationi relinquit. Sublimitatem affectas, hæc quiduis quantumuis attollit. Est quod uelis extenuare, nulla magis deificit. Ep̄apriap captas, ac lucem, nulla melius rem ob oculos ponit. Hac fere condiuntur ada

gia, huic gratiā suā debet apologi, hæc cōmēdat apophthegmata, huius ac-
cessione cōduplicat sententiæ dos. adeo, ut Salomon ille uir diuinus oracu-
la sua, nō alio magis q̄ parabolariū titulo uoluerit cōmendari. Tolle me-
taphoræ suppellectilē ex oratorib⁹, ieiuna erit oia. Tolle parabolas e p-
heticis & euāgelicis literis, magnā gratiæ partē detraxeris. At fortasse di-
cet aliquis. Belle hic munus suū ornat uerbis, quasi uero magnis si negoq̄, si
militudines nusq̄ nō obuias adducere. Verū nos nō passim obuias sumpli-
mus, nec lapillos in littore sparsas collegimus, sed exquisitas aliquot gēmas
ex abstrusis Musarū thesauris deprop̄simus. Neq; em̄ hæc a rōstrinis aut
fordidis fori cōciliabulis petūr, quæ dōctorū aures & oculos moret. Ab in-
timis naturæ arcanis, e penitissimis disciplinariū adytis lunt eruēda, ab elo-
quētiū Poetarū eruditis fabulis, a nobilitū historiorū monumētis. q̄ qdē i re,
ut duplex est difficultas, ita gemia laus debet. Prīmū illud ipsum nō nihil ē
peruestigasse, q̄ sit egregiū. Neq; uero minus est, q̄ deprehēderis, id cōcīn-
niter accōmodare. Quādmodū est aliqd, prīmū insignē repertisse gēmā.
deinde nōnulla laus est, repertā apte sceptris, aut ānulis addidisse, Addam
exemplū, quo res fiat dilucidior. Cicuta uenenū est homini, uīnū cicuta, q̄
si cicuta uīnū ad misceas, iam uenenū multo præsentius & prorsus immedi-
cabile reddis, ppter ea q̄ uis & impetus uīni, uenenī noxā cīcius ad uitalia
mēbra perferat. Iam hoc ipsum rē naturæ abstrusam tenerē, nōne pars est
eruditōis, nec inelegās, nec iūcūda? Age iā, si q̄s ad hūc usum accōmoder,
ut dicat, adulatioē amicitiae præsentaneū esse uenenū. uerū ei rursum ue-
nenō uenenū esse libertatē admonēdi, quā grēci uocat παρεργοσία. Quid si
libertatē prius inficias, & ita cōmisceas cū adulatioē, ut tū maxie adulteris
amico, cū maxime uideris obiurgare. iā imedicabile malū esse, nulla ne hic
ingenij laus esse uidebit. Nō mediocris opinor, neq; uel int̄mū a ucaparīgra-
tiā, ubi nihil pmerear. Quibus hic titulus præferit, ex Aristotele, Plinioq;,
in his mea est collatiōis inuētio. Porro quæ ex Plutarcho, Senecaq; desump-
tatestā inscriptio, in his nihil mihi uīndico, præter colligēdi, explicādiq; la-
borē, & si qd laudis meref cōmoda breuitas. Neq; uero me clā est, quātū si
miliū pelagus possit e rērū oīm naturis, e tot disciplinis, e tot poetis, e tot hi-
storigraphis, e tot oratorib⁹ aggregari. Verū quæ demēta sit, q̄ infini-
tū est, uelle perseq̄ Gustū dūtaxat dare uoluimus, ut ingenia iuuenū ad bis
similia cōquirēda excitaremus. E Plutarcho cōplura recēsumus, partim q̄
is autor grēcus est, parti q̄ in hoc ḡnere sic excellit, ut cū hoc nemo uel elo-
quētissimorū iure cōferri queat. E Seneca, q̄nā in eo tū aliud agētes uerfa-
bamur, nō ita multa decerp̄simus, Nō alienū fuerit, hūc libellū Adagij, aut
si mavis, Copiae, cōmētarij, ceu coronidē adiūgere, q̄ cū illis plurimū ha-
beat affinitatis, & ad hāc uel in prīmis faciat. Epithalamiū tuū, q̄ minus &
absolutū sit & æditū, famulus me⁹ in causa fuit, q̄ Louani⁹ me qdē impru-
dēte, reliquit exemplū. Bene Vale. Basileæ, Anno a CHRISTO nato. M.
D. XIV. Idibus Octobris.

D. ERASMI ROT. SIMILIA
PARABOLAE SIVE

Similia D. Erasmi Roterodami.

EX PLVTARCHI MORALIBVS

Qui adhortantur, & excitant ad philosophia, nec docent nec tradunt eam, perinde faciunt, ut hi qui præmungunt lucernā nec infundunt oleum.

Vt quibus domi nihil est boni, in foro plarunq; uersantur & ob ambulant. Sic quidam, quia nihil habeant quod priuatim agant, ad publica administranda conferunt se.

Vt q; animi causa nauim ingredī, ut spectet, aut in ea iambulet deinde repente soluta, atq; in altum reuulsa, nauis ac uomēs frusta foras prospectat. Sic qui leuiter, & quasi lulus gratia attingunt Rēmp. sed a semel suscepta non possunt se se explicare, negociorū undis secum hominem & inuitum trahentibus.

Vt qui personatis in theatru procedit histrio. Sic q; ad Rép. ad ministrādam accedit, nō ut ciuibus plit, sed sibi gloriā cōparet. Qui lensim ac uolentes descendūt in puteū, nihili lādunt, qui ca su incident, ualde turbant. Sic qui certo cōsilio accedunt ad Rép. moderate ferunt, qui se se temere iniiciunt, eos pœnitit.

Vt uinū primū seruit, ac patet bibēti, at paulatī admixtū uenis rapit hoīem, ac traducit in suos mores. Ita q; Rép. administrat, initio se poplī morib⁹ accōmodat, post sensim eū ad sua trahit istituta.

Qui captat aues, earum uoces imitat, ut alliciat in laqueos. Sic ut multitudinem in tuam adducas sententiam, illius ingenio obse cundes, & obleruas oportet.

In facie plus offendit neuus, aut uerrucula, q; in reliquo corpo re grandes maculæ, aut cicatrices. Sic exigua delicta, magna uidē tur in principe, cuius uita in conspicuo est.

Vt mulieres laboratē citta, aut stomacho nauis, malos quosdā cibos igerūt, ac paulo post reuomūt. Sic popul⁹ p̄ stultitiam aut iopia meliore, quos suis etiā creat magistrat⁹ ac eōdē paulo post abiicit.

Vt optimum uinum, si in uas sordidū & impurum infusum sit,

EX PLV T A R C H I M O R A L I B V S III

perdit gratiam. ita bona sententia, si a malo uiro proficiscatur, aut si doctrina in malum uirum inciderit.

Vt non satis est clausus, neq; frenum, nisi adsit qui arte moderet. Ita non sufficit eloquentia ad moderandum populum, nisi accesserit sermonis moderatrix ratio. Dissimile.

Qui nauem gubernant, aliena uoce iussuq; utuntur. Sed qui Rem publicam gubernant, in se ipsis sapientiam habeant oportet, ut no[n] sit opus aliena uoce.

Vt qui obtuso freno conatur equum domare, excutif, equo contemnente frenum. Sic qui populum uincere conatur, non satis instructus potentia, ab imperio deturbatur.

Qui plebe ludis, epulis, largitiōibus regunt, similes sunt iis, qui bruta aialia paciunt ac uenanit. Musici leui chordarū tactu demulcēt, nō graui pulsu. Sic ratio placida, citi⁹ q̄ aspera mouet populū.

Vt longiore uia potius utendum est, si modo sit tutior q̄ breuiore & periculosa. Sic ad opes, ad gloriam énitendum, ut serius contingant tuto potius q̄ statim cum periculo.

Vt ignis non reddit fumum, si statim emicet flamma. Sic nec gloria est obnoxia inuidia, si protinus elucescat, sed eos qui paulatim crescent, sequitur inuidia.

Vt hædera adhærens arborum ramis, ope aliena in altum erigitur. Sic obscuri confuetudine potentium crescunt, deinde præfocant eos, a quibus sunt euecti in altum.

Quædam corpora lumen solis exceptum suo fulgore uicissim augent atq; illustrant. Ita quidā aliorum fauore commendati, uicissim suis dotibus eos commendant.

Non quæuis arbor patitur complectentem se uitem, sed quæda præfocant eam, & extinguit. Ita ambitiosi quidam, iuuenes ob inuidiam premunt, ne quando emergunt.

Gubernator optimos quærat nautas. Architecton doctissimos quærat ministros. Ita princeps eos asciscet amicos, qui ad Rem publicam administrandam maxime sunt idonei.

Musicus chordas distonates, non statim abiicit, atq; incidit, sed sensim intendens aut remittens, ad concentū adducit. Ita princeps

D. ERASMI R. O. T. SIMILIA

Ieniter debet emendare peccantes, non protinus tollere.

Iaculum, si in solidum aliquid inciderit, nonnunq; in mittente
retorquetur. Ita conuicium in fortē & constantem uirum fortū,
recidit in conuicium facientem.

Vt rex mundi magna curat, parua relinquens fortunæ, quem-
admodum dicit Euripides. Ita princeps non nisi in grauibus & ar-
duis negotiis exercebitur.

Alexander Bucephalum iam seriemab alijs equis gestādū cu-
rare solet, donec ad hostem uentum esset, ut integer ad pugnam
ueniret. Ita senum magistratum utendum opera, ut eis adimaf-
quantum potest laboris, ad necessitatē usus illorum referuetur.

Gubernator quædam suis manibus facit, quædam per alios. &
aliquando aliis ad clauum admissis, ipse in proram demigrat. Sic
in Repub. non debet unus occupare oia munia, sed aliis uicissim
dare locum. rectius enim fieri, quæ multorum manibus peragat.

Histro, sic affectus ac mores addet fabulæ de suo, ut præscriptū
tamen, & numeros non prætereat. Ita qui magistratum gerit, sic
administret, ut præscriptum regis non exeat.

Non est infirmior manus, quod in digitos sit dissecta, sed ad ope-
randū agilior. Ita negotia multis communicata, in Repub. ple-
nius conficiuntur.

Vt qui non consueuerunt neg; coenare, neg; lauare, nisi ex præ-
scripto medici, ii nec sanitate fruuntur. Sic qui omnia ad princi-
pis iudicium refert, reddit eos dominos plus quam uellet ciuitas,
ut nihil iam nec recte fieri possit, nisi principis arbitrio.

Medici morbos quos nō possunt prouersus tollere, ad summa cor-
poris in apertum euocant. Sic magistratus si clam ciuitatis uitiis
mederi nō potest, ut quam minime medicis ac pharmacis, hoc est
suppliciis egeat.

Medicus multo educto sanguine corrupto, paulum Inno xiici-
bi ministrat. Sic princeps sublati multis malis ac nocentibus, le-
ui gratia, & humanitate molestiam eam mitigabit.

Vt qui præternauigatis syrtibus, iuxta portum frangit nātem,
nihil magnificit. Ita qui uno, atq; altero magistratu repte gesto,

EX PLV TARCIMORALIBVS IIII

in summo naufragium facit.

Vt Colossi seu statuar male libratæ , sèpius subuertuntur . Ita nì
mius honor per inuidiam euerit multos . Ho: ergo delicto repto plena

Dissimile .

Ex aluearium strepitu ac tumultu , colligunt apes recte ualere .
contra ex quiete rem publicam .

Ex festuca incensa , aut lucerna neglecta domi , nonnunquam
confilarat urbs tota . Sic ex priuatis odiis ac dissidiis publica per-
nices oritur .

Aer qui est in auribus , nisi tranquillus sit , & carent propria uo-
ce , sed tinnitus fuerit ac tumultu plenus , non exacte recipit ea quæ
dicuntur . Sic ea pars , quæ philosophia dicta , iudicat , si quid in
tus obstrepat , & obtiniat , nō recte iudicabit , quæ foris accipiuntur .

Dissimile .

Morbi corporis pulsu , & colore depræhenduntur , eorumq; ad-
uentum calor & lassitudo prænunciant . At animi morbos pleriq;
non intelligunt esse morbos .

Vt est initium sanitatis , sensus morbi . Ita correctionis initium ,
agnoscere culpam .

Vt difficillime sanantur , quisui sensu carent in morbo , uelut
lethargici , ac phrenetici . Ira difficillime reuocantur ad bonam
mentem , qui non agnoscunt sua uitia .

Vt periculosior est tempestas , quæ non finit in portum appelle-
lere , quam quæ uetus nauigare . Ita grauiores animi motus , qui
non sinunt hominem consistere , ratione perturbata , sed præcipi-
tem auferunt in tempestates .

Dissimile .

Qui corporis morbo laborant , quieti se tradunt , medicum
acercent . abstinent . sed qui ægrotant animo , quo grauius ægro-
tant , hoc magis abhorrent a quiete , & a medico .

Vt ex igni & terra ueluti necessariis , compositus est mundus ,
iuxta Platonem , terra soliditatem conferente , igni calorem ac
formam . Ita magna imperia non parantur , nisi misceatur cum
fortuna virtus , & altera alterius auxilio .

D. ERASMI ROT. SIMILIA

Vt mūdus nō erat mūdus, minutioribus corporibus adhuc sparsim uolātibus, & elabentibus, solidioribus uero inter se depugnati bus, sed tempestatis, erroris, tumultus plena erant oia. donec terra ex his accepta magnitudine, seipsam figeret, aliisq; in se stabile præberet sedem. Sic magna imperia plena tumultus, donec aucta potentia, etiā finitimi regibus stabilitatem præstat, ut terras cætris elementis circumferentibus sese.

Vt nauis multis ictibus compingitur, clavis paxilis. deinde ad tempus aliquantum relinquitur, donec cohærescant clavi commissuræq;. deinde tuto sulcat maria. Sic ciuitas multis sudoribus cōdit, donec aucta tempore, tutā ac tranquillā uitam præbeat ciuibus.

Qui uenantur bestias, induunt exuuium cerui. qui aucupantur aues, plumatis utuntur tunicis. cauentq; ne tauris appareant in ueste purpurea, rubra, aut alba. Elephantis, quod hoc colore irritentur. Sic qui uelit feram nationem cicurare, domareq;, morib⁹ ac uestitu semet illi ad tempus accommodet, necessarium est. Vt aeris circunfusi temperies elicet terræ fertilitatem. Contra cœli inclemencia uitiumque premit atque extinguit. Ita fauor & benignitas principis excitat honesta studia. Rursum tenacitas, & odium extinguit arteis.

Vt ceruis frustra sunt ingentia cornua, cum desit animus. Ita non satis est opibus pollere, nisi fortitudo acceſſerit.

Vt Cyclops exoculatus manus quoquo uersum porrigebat, nullo certo scopo. Ita magnus rex, cui desit prudentia, quiduis aggreditur ingenti rerum tumultu, sed nullo iudicio.

Quemadmodum imperiti artifices, cum statuis exiguis magnas subduunt bales, magis conspicuum redditum illarum exiguitatem. Ita fortuna si pusillo animo munus amplum addat, indicat & arguit magis animi humilitatem.

Vt ferrum si non utaris, obducitur rubigine. Sic animi uigor nisi negotiis tractandis exerceas.

Qui simul & Republicam tractat, & artem exercet sedentariam. perinde facit, atq; ille, qui mulierem ingenuam ac probam, detracta stola, datoq; præcinctorio, in officina detineat.

EX PLVTARCHI MORALIBVS.

V

Ut Herculem parum decebat, exuto leonis exuvio, uestis Milesia cum seruiret Omphalæ. Sic parum decorum ciuili uiro, deposita q̄ gessit persona, ad ociosam, ac uoluptuariam uitam se conferre.

Ignis semel accensus facile seruatur, extinctus haud facile redac cenditur, ita fama tueri facile est, extinctam nō facile est restituere.

Deliacū nauigium, dū subinde sarcit & recocinat, ueluti ppetuum in multa secula reddit. Sic fama semp aliqd adficiendū ne collabatur. Canis ignotos allatrat, erga notos mītior secundū Heraclitū. Sic iū dia nouos hoīes, & nūp euectos potissimum ifestat, i notos iā mītior.

Flāmā p̄mū emicātem multus comitaf fumus, q̄ quidem euia nescit, iā inualescēte & explicāte se flāma. Sic res egregias aggredi entem initio multa premit inuidia, donec aucta gloria inuidiæ sumum discuriat. Nam fumus gloriae inuidia est.

Ut stultus, qui adueris uentis & undis nauigat, orta tranquillita te portum petet. Sic qui tum negotium relinquit, cum diu iam cū inuidia luctatus, deinceps citra inuidiam uiuere posuit.

Ut difficillimum ac pericolosum est annosas arbores, quæ iam late sparsere radices, reuellere loco, & alio transplantare. Ita Remp. longo tempore suis inueteratam infirmitatis, ad aliam uitæ ratione traducere non licet citra maximos rerum motus.

Ut ferrum, aut æs usu splendescit. Sic exercendis negotiis eni tefecit animi uigor.

Ut gaudent qui a furiosis dominis aufergerunt. Sic gaudere debent senes, qui aetatis beneficio libidine non infestantur.

Ibin aiūt, ubi cōsenuit, iāq̄ quod erat turbidū, expirarit, magis a romanticæ olere. Sic gloria senum traquillior, & consilia sedatiōra.

Ut aqua uino admixta, reddit illud moderati⁹ & sobriæ nymphae deū temulentū cōpescut. Sic in Rep. senes admixti, iuuēnūtē meritatē & ambitionē reverentia sui redunt moderatiorem.

Ut in scena δρυφόρης tantum ostenditur, nec loquens quicquā, nec agens. Sic princeps, qui uelit & titulo tantum principē agit, nihil autem curat eorum, quæ uere sunt principum officia.

Ut arcus tensus rumpitur. Sic animus remissus frangitur.

Ut cantor senex non omittit artem, nec abiicit lyram, sed leui-

Mistū

B

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

Diffi
mile.

ores sequitur harmonias, & uocis fugit contentionem, iugeni
bus aptiorem. Sic in senectute non oportet a Rep. prorsus deserte-
re, sed eligere negotia remissiora, quæ conueniant atati.

Athletæ abstinet a laborib⁹ necessariis, ut in nō necessariis uale-
ant nobis cōtra faciēdū. Qui equos domāt, primū blādiū, ac mol-
lissime tractat, ut assuecat freno. Sic populus lepitatem subeūdus.
Vestalibus tempus erat præstitutum. Primum, in quo dicerent.
Alterum, in quo exerceceret. Tertiū, in quo docerent. Idem nébat in
sacerdotib⁹ Ephesia Diana. Itidem faciendum iis, qui Rép. gerūt.

Diffi
mile.

Arbores inuidæ, uerulæq; subnascentes arbūsculas umbra sua
prēmunt, nec sinūt efflorescere. Non sic faciendum senioribus ma-
gistratibus, sed inuitandi potius, & adiuuandi iuuenes.

Remedia statim mordent uel offendunt, postea conferunt salu-
tem & uoluptatem. Ita salubria monita initio sunt nō nihil amara
postea correcto iuscundissima.

Insania alendi equos non cōsequitur lenticula, sed arua frumenti
tifera. Sic adulatio non infestat pauperes atq; humiles, sed magna
rum familiarum ac fortunarum ruina, morbusq; est.

Pediculi corpora exanima deserunt, utpote defecta sanguine,
quo alebantur. Sic adulatores rebus prosperis ac feracibus aduersi-
aridas & steriles non attingunt.

Vt nūmū exploras num, sit adulterinus, priusq; eo sit opus. Sic
amicus probandus anteq; eo sit opus.

Vt q; prægustādo letale uenēnū, in exitū coniiciūt se. Sic qui a-
micū admittit priusq; coguorit, ac ino malo dicitur qualis sit.

Vt ignis omniū codimotorū est suauissimū, uelut inquit Euen⁹.
Ita amicitia omnem uitam condulcat, si admisceatur.

Vt adulterina splendorem ac nitorem tantum auri imitantur.
Sic adulator gratiam, obsequium, & hilaritatem amici.

Vt sylvestria semina, quæ spatio ac magnitudine accedit ad tri-
ticū, haud facile repurgant, nā per angusta foramina non excidūt,
per ampla tūmū excidūt. Sic adulatio quæ amicitiam imitatur,
non facile ab amicitia reiicitur, ac separat.

Obloniorum egregiū artifices condimentis non nūihil austeri ad-
mīscēnt, quo dulcedini tollant facietatem. Sic adulatores fictam

EX PLVTARCHI MORALIBVS. VI

quandam libertatem ac severitatem admisceret, ut nunquam magis adulentur, quod cum uidentur obiurgare, ac libere loqui.

Vt difficile deprehenduntur bestiae, quae ad loci similitudinem mutant colorem. Sic eos afflentatores haud facile deprehendas, quod ad omnem uitam in institutum omnibus affectus fese accommodant.

Qui autem bellum, primum accommodat se illius ingenio, & animo aduertnut, quibus rebus offenda aut placeat donec assuefacta fiat tractabilis. Sic adulator omnibus amici studiis & affectibus fese accommodat.

Vt praeterflues aqua nullo certo colore est, sed semper refert colorum subiecti soli. Ita adulator sui dissimilis est, pro re nata fese adaptans.

Simia dum hominem imitari conatur, lepe capit. Ast adulator idem faciens, alios capit & allicit.

Dissimile.

VII Circes poculis homines subito transformabantur in feras. Sic affectus repente aliud reddunt hominem.

Vt speculum quicquid obiicitur, imitatur. Sic adulator.

Vt umbra quicquid agas, respondet & defit. Sic adulator quodcumque te uertas, sequitur.

Chamaleon omnem imitans colorum, praeter quod album. Sic adulator in turpibus nihil non imitas, solum quod honestum est, imitari non potest.

Vt iperiti pictores, cum pulchra non quod assequuntur, rugis & uerrucis exprimit similitudines. Sic adulator refert ita peritiam, irae & diuina amici.

Bene olet unguentum, bene olet & pharmacum, uerum illud ad nihil utille, nisi ut delectet, hoc praeter odorum, maiorem habet utilitatem. Sic adulator tantum iucundus, amicus etiam utilis & necessarius.

Pictura colores habet iucundos, sunt & pharmaca grati coloris. Sic amicus ideo delectat ut iuuet, adulator tantum delectat.

Medicus si res postuleret aliquando crocum & nardum iucundum & lauat sua uiter, & pascit humaniter. Sic amicus aliquando blandus est.

Quidam tauris cestrum canibus crotone in aures imittit. Sic adulator in aurem admissus haud facile exscitit, sed transuerit agit, quo lubet.

Pictores illustrati lucida, appositis ubbris & obscuris. Sic adulator laudans diuersa uicia in aliis, in amico nutrit ac fouet, quae adsunt.

Vt oratores aliquoties aliam personam loquerentur faciunt uel fidei causa, uel ut iudicium fugiantur. Sic adulator narrat quae ab aliis de amico audiuit, etiam si non audiuit.

Bii

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

Palestrita corpus humiliant, ut alios deiiciant. Ita quidam seip
sos uituperant, ut uideantur admirari familiares.

Vt pictura est tacita poesis. Ita silentio quoq; laudat adulator.
nempe uultu nutuq; & obsequiis.

Vt qui uenantur, facilius fallunt feras, si aliud agentes, hoc est,
iter facientes, aut agricolantes id faciant. Ita maxime laudat adu
lator, cum non apparet eum laudare.

Si ager laudido redderet fertilior, nō min⁹ laudādus esset q̄ arā
dus, aut stercorendus. Sic amicus si reddit laude melior, expedit ali
quando laudare, sin minus quoq; sum pertinet inutilis palpatio.

Vt patroclus in bellū proditurus reliqua quidē Achillis arma
sibi sup̄lit, solā hastā, ut graue ac prænalidā nō attigit. Ita adul
ator oīa ueri amici symbola imitat, præter solā admonēdi libertatē.

In Menātri cōmēdia iducit falsus Hercules, clava gestas nō ro
bustā, sed inanē ac leuē. Sic adulatōris libertas mollis est & blāda.

Vt puluinaria mulierum quāq; uident̄ reniti ac resistere capitī
bus, cedūt magis, & accommodant se. Sic libertas adulatōris tu
met quidē, sed in se recipit inclinantē.

Vt mel exulcerata mordet ac purgat, alioq; utile & dulce. Sic a
mici libertas non mordet, n̄isi si quid est uiciōsum & corrīgēndū.
Qui in leuibus nugis obiurgat amicum, in graubus rebus tacet.
Idēm facit quod Aliptes sūnens Athletam inebriari & libidinari, cir
ca lecythum dūntaxat difficultis ac morofūs.

Item quasi p̄ceptōr puerum de stilo ac tabula obiurget, barba
risūm aut solcēcīlūm cōmittentē dissimulet.

Item quasi malus orator, nihil ad argumenta respondens, uocē
aut codicilloſ indiligenter scriptos calūnietur.

Item perinde ac si quis hominis tuberibus ac fistulis laborantis,
medici similio pilos & ungues fecet. Ita adulator libertate utitur, in
iis in quibus non est opus.

Vt si q̄s merū, alioq; cōferēs, aduersus cicutā, admisceat illi, uene
nū reddit īmedicable, quod calore uim uenēni, p̄tinus deuehat ad
cor. Ita adulator itēligēs libertatē esse remediū aduersus adulatio
nēm, eam ipsam adulatiōni admisces, quo magis sit noxia.

EX PLUTARCHI MORALIBVS. VII

Vt medicus dat operam, quo sanitatem tueatur, & augeat. Ita facit amicus. At adulator uelerolas titillat partes.

Sunt cibaria, quæ neq; sanguis coferunt, neq; spiritibus, neq; tieruis, neq; medullis, sed pudenda tantum mouent, uentrein inflant, corpus turgidum reddunt. Talis est adulatoriis oratio, uiciosa tantum auget & irritat, alioquin infrugifera.

Vbi corpus uitiosis inflatum humoribus, ibi adsunt bubones.

Sic ubi irascitur, amat, odit amicus, id præmit adulator.

Vt tragœdiarum histrionibus choro opus & amicis concinnentibus, theatroq; applaudere. Sic qui gaudent adulatoriis, nihil agunt, nisi sint qui applaudant.

Quemadmodum iuxta Mathematicos superficies & lineaæ nec inflectuntur, nec producuntur, neq; mouentur per se, cum sint intelligibles, sed inflectuntur, producuntur & migrant pariter cum ipsis corporibus. Ita adulator suopre quidem affectu non mouetur, sed cum irato amico irascitur, cum gaudente ridet.

Animal in intimis uires habet maxime proprias. Sic amicus nibil ostentat, sed tum cælat, cum maxime iuuat.

Vt medicus & non sentientem sanat. Sic amicus etiam si igno retur, amicum iuuat.

Vt mala pictura, fractis uestib; rugis & angulis rerepræsentat. Sic adulator sudoribus, clamoribus amicū imitatur, nihil exhibet sincerū.

Simia cum nec domū possit seruare more canis, nec onera gestare quemadmodum equus, nec arare sicuti boves, paraſtat, ac risum mouet. Sic adulator, cum in seriis ac grauibus rebus nesciat esse uui, holuptatum minister est.

Quidam male pinxerat gallos gallinaceos, iuſſitq; pueru, ut ueros gallinaceos procul abigeret a tabula, ne collatione depræhede retur. Sic adulator ueros amicos pro uiribus abigit, ne ex illorum comparatione depræhendatur fiftus amicus.

Pharinacum non adhibitum in loco dolet absq; fructu. Sic ob iurgatio non ut debet admota. Atq; idem facit amicus cum molestia, quod adulator cum uoluptate, laedit enim ut ergo.

Qui lignū ob iperitū rectū facere nesciūt, distorqnt i diuersam

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

parte. Sic quidā fuga uitij, in aliud uitū incidunt grauius.

Vt medico carnem secante, manus cōcinnitatem quandā & elegantiā seruat, abest autē saltatoria gesticulatio. Ita libertas admittit urbanitatem, seruata grauitate, adulator risibus, scurrili busq[ue] iocis libertatem, ueluti malis condimentis edulcat.

Ignauī canes apud mēta audēt, in uenatu minigē. Sic ingenero sū est, cū sobrius libere loqui nō audeas, inter pocula id facere.

Aqua delabitur ubicumq[ue] cācum ac declivem locum rēperit, Sic adulator uehementer urget, siquid lapsus est amicus.

Vt pituita paulatim collecta tum maxime apparet ac uincit, cum natura uincitur. Sic quidam amici, potentes admonere non audent, nisi labantur, sed simul atq[ue] commutata fortunā aura sūt humiles facti, tum obiurgant.

Sanus fert, si exprobres itēperatiā, libidine, luxū, eadē nō ferret aegrotās. Sic admonēdus amicus, cū dēsiderit irasci aut amare.

Nutrices pueros lapsos non obiurgant ac puniunt, sed accūrētes erigunt, deinde obiugant. Sic amicus cum affligitur, adiuuandus est & erigendus, postea monendus & obiurgandus, quod suo uitio in eam calamitatem inciderit.

Vt rupturæ & spalmita tum demū mouentur, cum corpus aliquo malo corripitur. Sic amici non ingenui felicibus adulantur, lapsos obiurgant, & illorum infortuio fruuntur.

Oculo lippienti non est admouendum lumen. Nec animus affectu laborans admittit grauem admonitionem, sed admiscenda laus est, ac sic medendū.

Qui in rebus leuiculis acriter obiurgat amicum. Perinde facit, ac si medicus amarum & acre pharmacum, ac sumptuosum in levissimis morbis passim admoueat.

Veluti si quis laborat hepatis uitio, medico offedat unguis ex ulceratos, inepte faciat. Ita qui grauib[us] laborans malis, de nūgis consulat amicum.

Ferrum prius calore solutum ac mollitum, postea frigida durescit, ac solidatur aqua. Sic amicus prius laude delinitus, mox libe-

EX PLVTARCHI MORALIBVS VIII.

re admonebitur.

Vt bonus medicus mauult morbo mederi, somno ciboqvino, quod scā
monio aut castorio. Sic amicus, pater, praeceptor, magis studet
laude corrigerē, quod obiurgatione, si liceat.

Quemadmodum medicus ubi secuit carnem, non statim dese
rit sectum, sed rigat ac lenit. Sic qui acrius obiurgauit, debet reli
qua uitæ consuetudine lenire eam molestiam.

Vt statuarii primum ictibus incident lapidem, postea poliunt
atque æquunt. Sic amicus obiurgationem lenitate mitigabit.

Vt custos affidens puerō, cauet & admonet ne quid peccet. Sic
ratel semper animo præsens non sinit usque labi, aut peccare.

Vt imperiti statuarii pulchram existimant statuam quæ sit ua
stissima mole. Sic reges nonnulli fastu & asperitate se egregios
principes uideri putant.

Vt colossi foris insignes deum aliquem repræsentat, intus plen
iuto, clavis, sordibus. Ita rex purpura, equis, auro, satellitio magnifi
cus, in animo nihil habet, præter fordidos affectus & inscitiam.

Statuæ magnitudine moleque sua librantur, & cosistunt. At re
ges statu subiectuntur.

Regula primum recta sit oportet, deinde quæ applicentur cor
rigat. Ita princeps primum ipse uitiis careat necesse est, deinde ali
is leges præscribat.

Vt lapsus non potest erigere lapsum. Ita malus & stultus prin
ceps, non potest emendare populum.

Vt deus in coelo pulcherrimum, ac iucundissimum sui simulacru
constituit solem. Sic in Republ. principem, quod prudētia, iusticia, be
ningitate se erga omnes repræsentet.

Vt deus irascitur, qui fulme ac tonitru imitante, eosque in tarta
ra præcipitat, ut Salmoneum. Sic superbis & elatis indignatur, qui
magnitudinem æmulantur, non exprimunt bonitatem.

Vt canes ouium custodes, excubias agunt, non sibi timentes, sed
ouibus. Ita rex non tam sibi debet timere quam populo.

Sol iucundissimus est iis, quod ipsi possunt intueri. Sic princeps iis,
qui astant iusticiam.

Dissi
mile.

D. ERASMI R. O. T. SIMILIA.

Vt in magna tempestate, ualidissimo claudo, optimo gubernatore, plurimis fulturis opus est. Ita magnas & turbulentas res admistranti summa opus est sapientia.

Vt in malis soniis nonnulla turbat animu[m] aegritudo, sed præterea nihil efficiunt. Sic mali, sed impotentes non admodum laedunt.

Quemadmodum fulgur prius emicat, quā audeat tonitru, quod sonitus auribus excipiatur, lumini uisus occurrat, & sanguis prius apparet quam uulnus. Sic princeps aliquando prius condemnat, q[uod] redarguatur delator.

In magno fluctu, non sistitur nauis, nisi pondus ancoræ retineat alto infixa uado. Sic in magnis rerum procellis summa ratio debet animum cohibere, ne ab affectibus auferatur.

Sol cum maxime tollitur in altum, arduus ad polum septentrio nalem, minimum mouetur. Ita quo maior est potestas, hoc magis coercenda est animi temeritas.

Qui morbo comitali sunt obnoxii, frigore depræhendunt, nam illico capit is uertigine laborant. At indoctos si paululum euexerit fortuna, protinus arguit curu[m] modi sint.

Vt non queas cognoscere uas integrum sit necne, nisi liquorē infuderis. Sic nec hominē, nisi imperium commiseris.

Vt medicus libentius sanat oculum, qui pro multis uidet, multosq[ue] custodit. Sic philosophus libentius principis animum i[n]struet, qui pro multis sollicitus est.

Non fodit puteos, qui fontes habet, aut nouit. Sic nō petit alium de qualemcumq[ue] consilium, qui ipse didicit philosophiam.

Ixion Iunonem amans, in libem incidit. Sic quidam dum uera expertunt amiciciam, uulgarem ac fallam amplectuntur.

Inter Agathallos, & Acanthytides tantum est odīu, ut si sanguis eoru[m] ui[m] misceat, continuo se rufus, ac dissiliant. Sic inter patritios & plebem, etiam si quando pro rerum usu coniunguntur, durat tamen usq[ue] odium naturale.

Vt cantharides maxime latè tritico innascuntur, & rosis floribus. Sic ipuidia maxime comitat[ur] eos, qui uirtute florent.

Vt si sol immineat hominis uertici, aut prosum tollit umbrā,

EX PLVTARCHI MORALIBVS IX

aut minimam reddit. Sic ingens gloria extinguit inuidiam.

Vbi nullum lumen, ibi nulla umbra. Ita ubi nulla fœlicitas, ibi nulla inuidia.

Qui inuident amicorum fœlicitati, nolunt eos prorsus subverti, sed tamen grauantur illorum excellentia. Ut qui vicini domum nolint omnino demoliri, sed satis habent, si detrahatur quod obsecurat proximas.

Vt unguentum non solum delectat olfactum, uerum etiam res medio est aduersus male oientia. Sic in malis honorum memoria consolatur.

Vt semel admissum intro hospitem, non facile expellas. Ita luctum receptum tua sponte non possis cum uelis depellere.

Dissimile

Qui lippiant aut alioqui laborant oculis, non sinunt alias admoliri manum. At qui lugent, quibusuis se tractandos exhibent, ut malum quo laborant, exacerbetur.

Vt mœstis conduit, si se ad lucem conferant e tenebris. Ita & lugentibus, si a tristibus cogitationem ad latra transferant.

Quidam Homeri uersus acephalos, id est capite diminutos, & μιούρες, id est, cauda diminutos excerpunt, tam multa integrâ pulcherrima prætermittentes. Idem faciunt, qui de paucis uitæ malis queruntur, dissimulatis tot commoditatibus.

Auari cum multa congerant, non fruuntur præsentibus sublata deplorant. Sic qui lugent extinctos, uiuis non fruuntur.

Vt avis capta, si diutius alatur in carcere, etiam si dimittat, studet eo redire. Sic animus diu uersatus in hoc corpore, non facile reuelliatur. At puerorum animus lubentius euolat.

Quemadmodum igni si extictam subito faciem admoureas, statim redaccenditur. Sic animus, si statim euoleat a corpore, facile redit in suam naturam.

Vt uestes uidentur addere colorem homini, cum per se sint frigidæ, non addunt autem, sed eum qui est in corpore tuentur. Sic opes uidentur dare iucundam uitam, cum ea profiscatur ab animo, non a rebus externis.

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

Vt qui febri laborat, e diuersis diversa capiunt, hoc est, e calidis frigescunt, e frigidis calescunt. Sic & diuitiae molestiam adferunt statim, & paupertas gaudium sapienti.

Vt fonti non deest humor, semper ex eo scatens. Sic probo viro semper adest gaudium, etiam si res externae mutentur.

Vt honorior est domus, si laceat ignis, quemadmodum inquit Homerus. Sic fortunae commoda splendidiora iucundiora, si animi gaudio condescendentur.

Vt aromata pannos, ac laceras uestes odoratas reddunt, contra byssus sudore infecta male olet. Sic quævis uita iucunda, si uirtus accesserit, contra malitia, etiam quæ splendida uidentur, molesta reddit, & intoleranda.

Quidam in foro felices uidet, domi moribus uxorū cruciat. Sic diuitiae foris felices apparēt, itus malitia noctes diesque disruptiat.

A praua uxore facile diffortum feceris, malitia uisceribus insidet, nec potes illi repudium scribere.

Vt ii quos dolentes sopor occuparit, tristia somniant. Ita qui inuidia, superstitione, auaritia laborant.

Vt uxor mala foris ob pudorem est modestior, domi sui simili est. Sic malitia apud alios premit se, in sonis aperit. Nam tu incestat matrem aut sororem, aut ueneno tollit amicum.

Vt corpus non est capax uoluptutum, nisi bene temperatur. Ita animus non caput uera uoluptatem, nisi liber metu ac ceteris affectibus.

Quemadmodum agricola sylvestribus securim aut ignem admouet, ac funditus extirpat, uineas uero atque oleas apertat cauti ac cirrupscente, ne forte superuacua resecas, laddat & id, quod sanum est. Sic philosphorus ex animo iuuenum libidine, auaritiam, inuidiam penitus reuellet, ceterum pudorem immodicum cautum emendabit, ne simul omnem euellat iracundiam.

Nutrices saepius extergetes fordes puerorum, aliquando carnem auellunt. Ita dum quædam uitia nimis anxie conamur emendare, laddimus.

Vt qui demolunt aedes templi tuncinas, quæ cotigua sunt, ea sinunt, ne quid sacri demoliantur. Sic quædam uitia caute sunt corrigenda, quæ cum uirtutibus proxime cohaerent.

Vt locus superius ac mollis nihil expellit, quod iciderit, nec poterit auer-

tere. Sic animus uitiosa præditus uerecundia, nulli perius est; nisi turpibus affectibus.

Vt qui lucernam non ferunt, multo minus ferrent solem. Sic qui mediocribus rebus perturbantur, multo magis obstupecunt in magnis.

Vt amphoræ facile circumagunt auribus. Ita quidam quois sermone huc aut illuc impelluntur.

Viator qui semel in saxum impegerit, aut gubernator in rupē, non solum horret eadem, ueremetiam similia. Sic qui uitium agnoscit suum, etiam a confinibus cauebit.

Vt manus eadem in uarios distracta digitos. Sic mutorum charitas eos unum reddit, discretos tamen.

Vt in corpore ex humili, frigidi, calidi, siccī temperatūra, optimā sit constitutio. Sic ex fratrū cōcordia maxime floret gen⁹.

Vt morbus in corpore non admittente quod propriū est, multarum noxiarum & absurdarum rerum gignit appetentiā. Ita calūnia, sulpicioq; aduersus cognatos & domesticos, malas & noxias aliorum necessitudines inducit.

Qui reiectis cognatis, peregrinos asciscit amicos. Peride facit, ac si quis amputato pede carneo, ligneum pedem addat.

Vt insaniat, qui frarris imaginem ueneretur, corpus pulset, ac verberet. Ita stultum sit amare in adoptiuī nomen, uerum fratre abdicare, aut odiſſe.

Dissimile

Vt quæ glutino commissa sūt, si soluāt, facile reglutinant. At si corpus rūpatur, haud facile coit. Sic inter alios amicitia dirupta facile coit, in fratribus semel dirupta aut nō coit, aut cicatrica sa coit.

Armis perditis aut instrumentis licet alia parare, corpus aliud parare non queas. Sic amicos alios inuenies, fratres non item.

Ex eadem materia prima natura sunt elementa iuter se diuerſissima pugnantissimaq;. Sic aliquoties ex iisdem parentibus nascuntur fratres ingenii dissimilimi.

Subduc materiam, extinguetur ignis, subduc occasionem conquiescit odium siue inuidia.

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

Vt monas non exit suum finem, sed semper in uno manet, unde & nomen habet. Duas autem initium differentiae infinitum, protinus enim per se duplicatur, ad multitudinem. Ita sermo, donec apud unum manet, uere arcanus est & secretus, quod si ad alterum transierit iam spargitur in famam.

Vt proclive non est auem e manu amissam recipere, aut cohieren. Ita nec dictum semel ab ore profectum, propterea quod ab aliis uolat ad alios. Dissimile.

Non ut nauem arreptam fluctibus, ancora licet sistere. Ita uerbum e portu, nefit in altum emissum.

Vt uas experiamur, aquam non uinum infundimus. Ita fruolum quiddam aliquando committerendum a iucis, quo silentii fidem experiamur, ut si effutant, nihil sit periculi,

Vt puer glaciem, nec retinere potest, nec uult amittere. Ita garrulus nec tacere potest quod accepit, nec potest obliuisci.

Iaculos & uiperas propriei rumpunt foetus. Sic garrulus, uel cum sua pernicie promit arcana.

Aegroti ob odium amari & graue oleum pharmaci, ipsum etiam cyathum oderunt. Sic qui tristia nunciant, & ipsi habent iniusti.

Vt pars corporis uita, attrahit etiam a uitiis uitiosos humores. Sic garruli lingua semper ardens, & inflammata, secretorum aliquid undique colligit ad se.

Vt rupes obliicitur flumin, ne se effundat. Ita ratio linguæ obicienda, ne temere diffuat.

Grues cum ex Cilicia deuolant, lapilos in os sumunt, atque ita Taurum montem aquilis plenum tuto transuolant, idque noctu, ne vox prodat. Ita tutissimum ubique silentium.

Vt egregius artifex iacula, statim scopum petet. Ita sapit qui pauca loquitur, sed ad rem.

Celtiberi ita ferrum temperant ac durant, ut in fosso in terram, quod est terrenum, auferant, ac repurgetur. Sic Laconicus sermo sublatione superuacui fit penetrantior.

Dissimile.

Vt singula hastilia facile frangas, coniuncta non possis. Ita

EX PLVTARCHI MORALIBVS. XI.

dissidentes facile superantur, concordes haud facile.

Nohidem finis sermonis qui cursus, iuxta Sophoclem, nam illic uincit qui praeuenit, hic qui magis ad rem dixit, non qui celerius, imo uincit saepe, qui posterior dicit.

Qui aliis interrogatis, ipsi praepriunt responcionem. Perinde faciunt, ac si quem ab alio uolentem osculari, priores occipient.

Vt ubi dolet, ibi manum habemus. Ita si quid delectat ibi lignum habemus, id est libenter eius rei facimus mentionem.

Vt canes, si iram effuderint in lapidem aut saxū, mitiores sunt erga homines. Sic qui bilem in alienos euomuerit, placidior est erga suos.

Qui de natura queritur, quod quædam generit homini noxia dissimilatis tot bonis. Perinde facit, ac si quis Nilum calumniet, alioqui frugiferū Aegypto, quod crocodilū habeat aut aspidem, nec postea uelit frui prognatis frugibus, sed tantum querat de uenenis, quæ nutrit. Aut si quis in copiosa oratoris oratione, q̄ mūltis exuberet uirtutibns, de pauculis uoculis temere elapsis cauillet!

Plato uerat aquam a uicinis petere, nisi prius domi foderis usq; ad teram, quam Ceramitidem vocant, repereritq; non esse spē ne nra. Ita prius excutiendum, ut parsimonia, alia uevia tibi suppedites, priusq; a mensariis pecuniam mutuam petas.

Templum Ephesiae Diana tutos reddebat obēratos a credito ribus. At multo magis frugalitas & parsimonia præbet alyum.

Lepus simul parit, & aliud alit, & rursum superficitat Ita foenerator. Sic as alienum, priusq; conceperit, parit. Nam dantes statim petunt & ponentes tollunt, & foenerant quod pro foenore accipiūt.

Vt ignis inualescens, alia post alia corripit. Sic usura.

Vt equus semel accepto freno, sessorem alium post alium fert. Sic qui semel inciderit in as alienum, nunquam explicatur.

Qui ī lutum inciderit, eum oportet aut surgere aut manere, enā si se uoluat, magis etiā inquinat. Sic qui rē habet cū foeneratoriib;

Cholerici qui purgari nolunt, sub tempus collecta indies maiores rebile, postea grauiter disruptantur. Sic qui sibi scenus accretetur, cum adeat dies, grauiter e capite laborant.

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

Qui dicunt, carebo domo, carebo famulitio, ne debeamti. Per
inde faciūt, ac si hydropticus dicat medico, ego gracilis fiam, & ina
nis, nam nihil refert quam gracilis sit, modo sanus.

Vt pedē aut manū, si cōputruerit, data mercede resecam⁹. Ita
domus aut famulitium abiiciendū ut liberemur ære alieno,
hoc est ut liberi fiamus.

Vt in calamitatibus firmissimi, atq; optimi amici adsunt utili
ter. Sic & sermones optimi.

Vt nādi iperiti, dū uolūt succurrere iis, qui præfocāt, ac mergūt,
tūnī cū illis mergūt, & nocet magis quā prosut. Sic amici qui in re
bus aduersis tātē collachrymat amico. Dissimile.

Nō quē admodū in tragediis. Ita nobis in calamitatib⁹ op⁹ est,
q̄ cōploret & collachrymet. Dissimile.

Corpus one rispondere premitur. At animus ex se se penume
ro pondus addit rebus.

Quæ natura sunt amara, his admixtis quib⁹ dam dulcibus gra
tiam addimus. Ita res per se tristes ratione sunt alleuiāndā.

Vt cochleæ semper domum suam secum circumferunt. Ita
quidam hōrent peregrinas regiones.

Vt pueris cū terrent personis, damus eas in manus, & uestatas
ostendimus inanes, ut discant nō timere. Ita conueniet adhibita
ratione, res specie terrificas excutere, ut cum uiderimus non esē
quod apparet, contemnamus.

Quēadmodū formicæ si semel átro, & apes si semel aluearib⁹
eiici cōtigat, pegrinat. Ita qdā si semel patriā exeat, exules se putat.

Vt nauis cui firma est ancora, in quo quis portu pōt cōquielcere.
Ita animus si accedat recta ratio, quo quis in loco tranquille uiuet.

Qui eos foelices dicūt, q p oia uagāt maria terræ. Perinde fa
ciūt, ac si qs stellas errores iudicet fortunatores fixis, quāq; illis
quoq; suus orbis est, in quo uoluāt, nec soli licet suos egredi fines.

Vt q decretū isserūt ad populu, adscribūt bona fortuna, ne nihil
de suo uideant addidisse. Ita quidam alienis libris nugas ascribūt,
quæ nihil ad rem pertinent.

Qui uinū habet acre, & uapidū, nec ut uinū pōt reddere, nec ut
acetū. Ita Zenobi lā neoxmena nec bona sūt, nec mala.

EX PLUTARCHI MORALIBVS. XII.

Primum homines iualerunt animalia noxia, post & oves & boues, postremo a nullo genere temperatū est, & Athenis primū caluniam aliquis supplicio affectus est, & recte, post huc unus & alter, postremo nec a bonis est temperatum. Ita cum aperitur ius in malos, cauendum, ne postea in bonos recidat.

Pueri studentes petunt ranas laxis, at illæ tactæ serio emoriuntur. Sic nos animi causa uenamur, sed feræ serio occiduntur.

Vt nō æque cernunt cicadæ & accipitres, neq; similiter uolant aquila & verdix. Ita non omnia, quæ rationis participia sunt, æque ualent ratiocinandi acumine.

Vt os non secatur trama, nisi prius cinere & aceto præmolitū, nec ebur infecti potest nisi Zutho prius mollescat. Sic fortuna nō potest reddere uulneratos animo, nisi accesserit malitia.

Vt medica terra diu retinet semina propter asperitatē, ut sero emergant. Ita mox borum, ac dolorum causæ in hominibus aliud quoties diu latent, donec uoluptas in febrem erumpat.

Vt sapiens gubernator, in tranquillitate tempestatem expectat. Ita rebus tranquillis addolorat aliquem præparandus est animus.

Vt periculosa est secundum Hippocratem, summe bona corporis ualitudo. Ita rebus maxime piperis, metuenda diuerfa fortuna.

Vt deciduae stellæ subito extinguitur. Ita quos fortuna subito in summa prouexit, repente solent corruere.

Vt scarabel, ac uultures offendūt unguétis, & Schyta iurauit se malleum hiniéte audire, qd citharæ sedū canéte. Ita nō oib⁹ placet optia

Vt Mathematici centro, ac spatio. Ita quidam omnem uoluptatem uentre circumscribunt.

Vt polypi non extendunt sua flagella, nisi ad esculentia. Sic quidam omnem felicitatem cibo, potuq; metiuntur.

Vt maior dolor obscurat minorem. Sic animi uoluptas corporis delectationem.

Vt qd uehementi laborat fame, nec est qd edat suis ipsorum artibus uesci coguntur. Ita quidam præ fame gloria, sese ipsos laudare coguntur, si desit a quo laudentur. Quæadmodū a piscibus hyrcanis, nec boni qppiā expectat, nec mali. Sic Epicurei, nec turba ri nos uolūt deorū metu, nec delectari beneuolētia.

D. ERASMI R.O.T. SIMILIA.

Si fieri potest, lippitudinem auferimus ab oculis, si id non licet, non tamen eruimus oculum. Ita si supersticio tolli proflus non potest, non tamen protinus credendum, nullos esse deos.

Vt principem simul & metuimus & amamus, ut i festum malis, bonis placidum. Sic & deum.

Dissimile.

Non quemadmodum quoties cum truculento agimus tyranno, animo sumus anxio. Sic in sacris mysteriis anxium, ac diffidem oportet esse.

Dissimile.

Qui nauem fregit, tamen spe uehitur, nam fieri potest ut corpus natum in terram deferas. At quod excidit e philosophia, totus periit.

Vt Athletae non ferunt coronam, nisi uicerit. Sic bonis viris praemia felicitatis non ante contingunt, quam peracto huiusvitae certamine.

Vt austera remedia, sed necessaria, leuant quidem agrorantes, sed offendunt & inficiunt sanos. Sic acris obiurgatio uitio medetur, probos offendit.

Stoici qui se dicunt invictos, improhibitios, & cetera, cum omnibus secus patiantur, similes sunt naibus, quibus incriptum est, eu' τοιοια. cui neq' uia ergo ore xxi' ορθα' ταλ hoc est, splendidi, ac magnifici tituli. At nihil feci iteri iactantibus, cominiu' ac subuerunt

Scarabei fugiunt unguenta, delestantur factoribus. Sic nonnullis pessima pro optimis placent.

Vt pauperiores aliquando donant munuscula ditionibus, quod plus recipient. Sic indotiores prouocamus nonnullos, ut eruditiora uicissim illi respondeant.

Accentiam lucernam nemo moleste fert, extinctam dolent omnes. Ita nasci iucundum, mori inanimale.

Vt non satis est soli bonitas, nisi accedat & cultor idoneus, & semina. Ita non sufficit ingenii felicitas, nisi accedat doctor & institutor egregius, & pracepta idonea.

Vt stilla cauat assiduitate saxum, at ferrum contractatione attiratur, ita assiduitas etiam durissima uincit.

Vt curruum rotarum inflexae nunquam ad pristinam rectitudinem

EX PLUTARCHI MORALIBVS XIII.

queunt reuocari, itidem histrionum baculi. Ita quædam ingenia
sunt consuetudine & institutione deprauant, ut corrigi non queant.

Vt ciuiles seditiones rectius in hostes transferimus. Sic rectius
inuidemus alienis, quam in fratribus, etiam si sit optimū omnino
non inuidere.

Vt in bilance, altera turgescit, altera cedit, ac deprimitur. Ita fra-
ter euecto ad maiora fratri cedere debet, submittens sese, non re-
pugnans.

Vt in numeris minores additi maioribus, eos multiplicant, &
uicissim multiplicant ipsi. Sic frater obleruiens fratri euesto ad
honores, & auget illius dignitatē, & uicissim ornat illius splendore.

Vt in digitis, etiam qui scribere, aut canere nesciunt, tamē una
cum illis mouentur, & oblequūf. Sic fratres fratribus magistratū
administrantibus adesse conuenit.

Vt feris bellum est cum iis quæ iisdem aluntur, cū ceteris pāce
agunt. Sic inuidia & emulatio inter eiusdem artis professores.
Nam pugili cum cursore conuenit.

Vt conuenit amantibus diuersas amicas, in eandem depereun-
tibus male conuenit. Sic dissident qui eadem ex re gloriā affectat.

Dissimile.

Qui diuersam ingrediuntur uiam, non possunt sibi mutuo pro-
delle. At qui diuersa uitæ ratione utuntur, admittunt inuidiam,
ac magis sibi inuicem sunt auxilio.

Vt macula statim eluenda, ne inhārescat, & difficilius eximat.
Ita dissensio fratrū illico tollenda, ne gignat odium.

Vt si buboni accedat febris, nihil est periculi, uerum si sublato
illo tamē morbus perseveret, uidetur altius egisse radices. Sic
fratrum dissensio, quæ cessat lite finita, causæ erat, non ipsorum.
at si inlænet etiamdum negotio perfecto, iam negotiūm prætext⁹
erat, non causa sed exulceratus animus in causa fuit.

Vt aqua in locos hiantes ac ductos influit ac magis eos diuel-
lit. Ita quidam irritant fratrū dissidia.

Vt amici detestantur laxum, aut canem incurrentem, qui eos
dirimat. Sic execrari deberent homines caninos, qui maledicētia

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

sua dirimunt necessitudinem, mutuamq; benevolentiam.

Cassiteris, id est, stannum, uel plumbum album, & ruptum ferruminat, utrumq; contingens propter affinitatem, quā habet cum utroq;. Ita amicus amicitiam ac benevolentiam disruptam reconciliare debet, utriq; sese accommodans ex æquo.

Vt non impletur uas quod semper effundit, nihil accipit. Ita non accipit sapientiam, qui semper loquitur, nunquam auscultat.

Erat porticus in olympia, quam septuocam vocant, quod pro una uoce multas redderet. Ita locutulei quidam, uel uno pronouci uerbo sermonem imminens referunt.

Vascula inania maxime tinniunt. Ita quibus minimum inest mentis, hi sunt loquacissimi.

Aiunt semen, quod statim effunditur, inutile esse ad genituram. Ita sermo garrulorum ad nihil conductit.

Vt ædium ostio carentiū, & cymenarum absq; uinculis, nulla est utilitas. Ita multo magis oris claustro carentis, nullus est usus.

Vt triticum inclusum in uase, mensura auctum inuenitur, sed uiciatur. Sic garrulus accepto sermone semper addit, & maiorem eum reddit, sed fide iam carentem.

Qui abigat homines cesto Veneris, a Venere uideatur alienus. Sic qui oratione molestus est & reddit inimicos, a Musis est alienus, & utendi ignarus, quandoquidem oratio ad conciliando ho-mines est reperita.

Vt terra quo melior est natura, hoc magis consumpitur, sine gligatur. Ita ingenia, nisi recte excolantur, quo sunt feliciora, hoc pluribus uitiis obducuntur.

Est terra quædam asperior, duriorq;, quæ tamen culta protinus ferax redditatur. Sic ingenia duriora natura, institutione mansescunt.

Nulla fere est arbor, quæ non sterilecat, ac tortuosa fiat, sicut tura desit. Ita nullum tam felix ingenium quod non degeneret, crita rectam educationem.

Nullus equus recte lessori paret, nisi arte domitus. Ita nullum ingenium non ferox, nisi præceptis cicuretur, & educatione.

*Ex a foris
Elias a Augsburg*

EX PLUTARCHI MORALIBVS XIII

Nulla tam fera bellua, quæ non mansuetat cura. Ita nullum tam agreste ingenium, quod institutione non mitescat.

Vt molli materia facile sigillum imprimitur, si durescat non item. Ita puerorum ingenia facile quamvis recipiat disciplinam, si exitate durescant, non item.

Vt agricultorū uallos apponunt arbusculis, quo recte crescant. Ita qui instituit, addit monita, & præcepta ingenii satubria ne deuari cent in uicia.

Qui diu in uinculis fuerunt, cum soluūtūr, tamen claudicant adhuc, nec ingredi possunt. Ita diu uiciis assueti etiam cum ea de serunt, quædam retinent uestigia.

Non satis est habere corpus sanum, uerū & bona habitudinis, ac robustum sit, oportet, Sic ratio non solum pura debet esse, & a uitis immunitis, nisi sit & robusta.

Vt plures urbes præter nauigasse pulchrū est, sed expedit unam incolere optimam. Ita quam plurima sunt cognoscenda, sequenda, retinendaq; optima.

Quemadmodum proci cum Penelope potiri non possent, stu prarunt illius ancillas. Ita qui philosophia nō possunt assequi, aliis literis se contaminant.

Nutrices vagientibus pueris rursum apponunt papillam. Sic discipulū offensus correptioē, rursū est laude subleuādus, ne deficit. Plantæ mediocri aqua aluntur, immodica suffocantur. Sic animus, moderatis laboribus adiuuatur, immoderatis obruitur.

Vt sunt uices somni & uigiliae, noctis & diei, tempestatis & sere nitatis, belli & pacis. Ita labores leuandi otio & lusibus.

Lyram & arcum remittimus, quo melius possint tendi. Ita recreandus otio animus, ut ad labores reddatur uegetior.

Vt Hierophanta, quatenus licet, aperiūt mysteria. Sic de rebus arduis cautim & circum specte iudicandum.

Vt mysteria cum silentio spectantur. Ita quædam melius laudantur silentio, quam ratione.

Vt in lance momētum in utramq; partem aequē prop̄sum est, & in neutram inflectitur. Ita dubius animus.

D. ERASMI R. O. T. SIMILIA.

Medici phārmacis amaris, dulce non nihil admiscet, ut alliciat.
Ita parentes obiurgationis alperitatē lenitate debent mitigare.
Auriga non semper adducit habens, sed aliquando remittit.
Ita pueris non nihil indulgendum.

Vt asparagus spinosus dulcissimum fert fructum. Ita ex duris ini-
tiis magna voluptas nascitur.

Qui prima uirginum dissidia non ferunt ad tempus. Idē faciūt
quod ii, qui offensi labrūtis, tuas maturas aliis relinquunt.

Sponsæ quæ statim offensæ moribus uirorum, eos deserūt. Per
inde faciunt, ac si quis ictus ab apibus mel relinquat.

Vasa initio quauis occasione dissoluuntur, at tempore cōmissu-
ris compactis uix igni ferroq; dissescantur. Ita prima cōiugatorū
cōsuetudo leui momento dirūpit, sin coaluerit, lōge firmior est.

Ignis facile accendit in paleis, & pilis leporinis. sed idem mox
extinguitur, si nihil addas. Sic ira amantium, aut nuper coniu-
gatorum, si nemo se admiscuerit.

Qui uenenis piscatur, facile intetimit, & tollit pisces, sed corru-
ptum & malum. Sic quæ philistris captat maritos, stupidos habet
& inutiles.

Vt Circe non fruebatur iis, quos uerterat in sues aut leones, sed
Vlyssem sanum ultra omnes dilexit. Ita quæ ueneficiis nactæ sunt
maritos, insuauem cum illis uitam agunt, ob denientiam.

Quæ malunt dominari dementibus maritis, quam sanis ac
prudentibus parere. Perinde faciunt, ac si quis in itinere malit du-
cere cæcum, quam sequi uidentem, & uiæ gnarum.

Vt Pasiphaæ maluit tauri congressum, cum uxor esset Minois.
Sic quædam nupræ moderatis, ac leueris uiris, ad intemperantiū
amorem deuergunt.

Vt qui in equum infilire nō possunt ob imbecillitatem, docet
ipsum infletere genua. Sic quidam generolas ac potentes nacl
uxores, nō dant operam, ut ipsi meliores fiant, sed illas deprimunt.

Pro equi magnitudine temperamus frena. Ita pro uxoris dig-
nitate moderanda gubernatio.

Dissimile:

EX PLVTARCHI MORALIBVS. XV.

Luna cum soli coniungitur, tum obscuratur, & occultatur, cum abest, lucet. Contra proba uxor praesente marito, maxime conspi ci debet, eodem absente, maxime condi ac latere.

Duabus uocibus simul sonantibus, gratior fit concentus. Ita quicquid fit in familia, fit quidem utriusq; consentu, sed tamē a bitrio mariti.

Cum spirat Boreas, conatur ui uestem reuelare, at homo magis astringit pallium, quod si sol tepido uento demullerit, ita sposte & tunicam abiicit. Sic uxor conans coulcis maritum a luxu reuocare, magis irritat, si placide ferat & roget, magis efficit.

Vt inutile spectaculum auro gemmilq; adoratum, nili repræsentet similem imaginem. Ita inutilis uxor quantumvis opuleta, si uiro moesto sit hilari, hilari moesta.

Vt Geometra negit moueri lineas & superficies sine corpore, sed tina cum corporibus moueri. Sic uxor in seriis, & ludicris, & risu, & latris, & tristibus, accommodabit se marito.

Vt qui no[n] ferunt uxores secū edere, aut bibere, docet eas ingurgitare, maritis absentibus. Ita qui non communicant lusus, & iocos cum uxore, faciunt, ut alibi quarrant, insciis uiris.

Vt ex musica studiosus complures reddit musicos, literarum studiosos doctos, aleator aleatores, rapax rapaces. Ita uir comptus similem efficit uxorem, uoluptarius incōtinentem, castus & sobrius castam & sobriam.

Vt sinistrarum partium ictus redundant in dexteras. Ita uirum oportet uxoris incomodis commodiq; commoueri, & contra.

Vt uincula ex comissura uires accipiunt. Sic ex consenui uiris & mulieris, familiae status.

Vt corpus nihil potest absq; animo, nec animus recte ualeat, nisi corpore incolumi. Sic inter uxore & maritum oia sunt cōmunia.

Vt unum appellatur, etiam si maior aquæ pars sit admixta. Ita domus mariti dicitur, etiam si mulier plus contulerit.

Vt nemo sentit qua parte stringat ca' ceus, nisi qui indutus est. Ita nemo nouit ingenium mulieris, nisi qui duxit uxorem.

Quemadmodum febres ex occultis causis, ac sensim collectæ,

D. ERASMI ROT. SIMILIA

magis metuuntur, quam quæ ex manifestis & grauibus causis sunt ortæ. Ita occultæ ac pusillæ, cotidianæq; offendæ magis dirimunt benevolentiam coniugatorum.

Qui pronubæ Iunoni rem diuinam faciebant, exemptum fel abiiciebant ad altare, significantes a matrimonio blem omnem procul esse oportere.

Vt uinum sic est austерum, ut idem tamen sit utile ac iucundū, non amarum, uelut aloe. Sic erit & materfamilias.

Quæ ueretur ridere apud uirum, ne uideatur lasciuā, nec agere quicquam, ne audax. Perinde facit quasi nec ungeretur, ne uide retur unguentis uti, nec lauaret faciem, ne fucis uti putetur.

Vt orator neglectis fucis, ac theatricis cultibus, rebus ipsis magis mouet auditorem. Sic uxor non meretricio corporis cultu, sed moribus commendatur viro.

Vt tibicen per alienam uocem sonat. Ita mulier quædam nō grauabitur per uirum loqui.

Vt philosophi colentes principem, se reddunt nobiliores, non illūm. Sic uxores subdentes se viro, laudem consequuntur. conantes autem imperat, deterius audiunt, quam quæ subiiciuntur.

Imperium viri in uxorem non erit, cuiusmodi est domini in ré possessam, sed cuiusmodi est animi in corpus.

Vt humida miscentur omnibus partibus. Sic inter coniugatos, omnia debent esse communia.

Vt ælurus unguentis effteratur, & in rabjem agitur. Ita quædam uxores insaniunt, si senserint in uiris unguenta.

Qui ministrant Elephantis, nō sumunt lucidam uestem, qui tauris, purpuream non induunt, nam his coloribus effterantur. Tigrides tympanorum strepitum non ferunt, ita uxor ab his debet abstineri, quibus senserit maritum uehementer offendit.

Vt apicula per omnia circuolitas, id quod est utile, domū adducit. Ita studiosus ex uno quoq; quod ad mores confert, excerptit.

Vt corporis uitia grauiora sūt, quæ faciūt hulcus. ita quædam amici uitia ob id sunt grauiora, quod uehementius perturbant, minus enim cruciat, si quis non credit esse deos, quā si quis super-

EX PLUTARCHI MORALIBVS. XVI.

stitione timeat deos.

Dissimile.

Comicus uenisse dixit de iis, qui lectos inaurant, ac deargentat, cum dii nihil nobis gratis dederint, nisi somnū, cur id sibi magnō volunt conitare.

At cum dii somnū nobis dederint curarum, & laborum delinimentum, superstitionis sibi illū reddit carnificinā.

Heraclitus dixit, uigilatis unum communem esse mundum, Iopitos in suum quenq; discedere. At superstitionis ne uigilans qui dem comuni cū alis mundo fruitur, semper sonante cogitationē.

Dissimile.

Polycrates tyrannus non erat formidabilis, nisi Sami, Periader Corinthi. Desinebat metuere, qui illinc in liberam ciuitatem emigrasset. At superstitionis nō habet quo cōfugiat, ut metu liberef.

Dissimile.

Licer seruis, quibus spes nō est libertatis, ad principis statua con fugere, uēditionē postulare, mutare dominū, si durius habiti sunt, q̄ ferre possint. Superstitionis nec hoc licet.

Si miserū est seruire, multo miserrimū est seruire his, quos nō possis effugere.

Dissimile.

Latrones aut fugitiui, si aram aut statuā appāhenderint, in tuto sunt. At hic maxime trepitat superstitionis.

Vt tigrides circū strepibꝫ etympanis aguntur in rabiem. Ita quæbonas mentes compelunt, feras & agrestes irritat, & efferat.

Vt quibusdam minus mali fuit, non omnino uidere, quam pereram uidere uelut Herculi, qui filios uidens pro hostibus occidit. Ita leuius malum est, deos omnino non credere, quam credere noxiōs.

Bion inquit, quemdmodum quicquid paxillo appenderis, id accipit sustinetq;. Ita quibusdam quicquid suaseris admittunt, quicquid imposueris ferunt.

Dissimile.

Gubernator uidens insurgere tempestatem, deorum auxilium implorat, nihilo segnias interim clamū moderas, & a temnam detrahens. At superstitionis despontet animam.

Vt Arithmeticorum digitū aliquando ualēt multis milibus,

D. ERASMI R. O. T. SIMILLA.

aliquando nihil. Sic regum amici, aliquoties quodvis possunt, rursum mutata fastidium gratia, nihil possunt.

Et frequenter coenam ad spectaculum, ubi non nihil theatrae stipis conferunt. Ita disciplina et pluribus coluntur, que prater uoluptatem, ac dignitatem, emolumetum etiam & comoditatem afferunt.

Vt in tranquillitate corpus expeditum redditur aduersus immimentem tempestatem. Ita tenui uictus pareat, ut medici loquuntur, dieta utendum, ut si incidat opiparum conuiuum, possit evitare.

Vt in conuiuis temperamus ab appositis cibis, quo locus sit lauitis, quas expectamus. Ita quotidiana parsimonia praemunientur sumus.

Vt qui sacrum exhibent, ipsi nihil inde gustant. Ita quidam alios accipiunt, ipsi abstinentes.

Vt qui sacram pecuniam uertunt in usus bellorum, uoluptate transserunt ad necessitatem. Ita qui ad usum edunt, ac bibunt.

Quidam fastiditis propriis uxoribus, & formosis, amantibus, cum scorto mercede coeunt, gloriae causa, magis quam uoluptatis. Ita quosdam cibi delectat uel ob id ipsum, quod rari sint ac magno empti.

Vt axillarum titillatio risu dignit, sed insuauem & spasmo similem. Ita uoluptates iniucudae, quas corpus ab animo extimulatum, non sponte capit.

Dissimile. Abominamur foeminas utentes ueneficiis in nos, & amplecti, mur ciborum artifices.

Vt membrum se ab eo semper opus habet frictu. Ita cupidas animi nunquam satiatur.

Vt Atheniensis nunquam de pace consultabat nisi pullati, quem admodum dicebat Demades. Ita nobis non uenit in memorem mortalior uictus, nisi iam febri aestuantibus, & admoris pharmacis.

Lysimachus ob situm coastus se dedere Scythis, deinde cum frigidam bibisset aquam, dicit boni, inquit, quam breuis uoluptatis causa, quam depositu felicitatem. Ita nobis cogitandum, postquam ob potiūculā intēpestiuā, aut Venerem in lōgum morbi incurrimus.

EX PLVTARCHI MORALIBVS XVII.

Vt cicatrix admonet cauendum esse uulnus. Ita memoria præ teritorum malorum reddit cauiores.

Vt pueriles querimonia, facile cōquiescunt. Ita leues cupiditas subducta materia facile fādantur.

Flosculorum odores per se parum efficaces, admixti oleo maiorem uim habent. Ita morborum causa, si in corpus incident, iam humoribus collectis abundant.

Qui male affecto corpore, uita ratione morbum accersunt, ii quasi coēnum commouent.

Vt nauitæ nimiū onerantes nauem, deinde in exhaurienda sentina laborant. Ita qui corpus onerant cibis, ac deinde clysteribus inaniunt.

Qui corpus ægre affectum ad balneas ac uoluptates trahit. Quasi putrem ac laceram nauem deducit in mare.

Si ebrii comediatores irrumpant in domum luctu funestam, non solum nihil adferent felicitatis, sed euiglatum potius excitant. Ita uoluptates in corpore ægro offendunt quoq.

Vt nauitæ leteno ecclœ non nihil laxant uela, cum est suspicio tempestatis, contrahunt. Ita corpori recte affecto non nihil permettendum, contra si quid timebitur morbi, cautius agendum.

Homines tantum pinguis, ac robusti, duris, similes sunt gymaniorum columnis, ut dixit Aristó.

Vt nauibus sentina plenis onus detrahendum. Ita corporibus agrauatis, subducendus cibus, ac potus.

Qui ita corpus exinanium pharmacis, ut peregrinis rebus expleant, ac magis noxiis. Perinde faciunt, ac si quis expulsis e ciuitate Græcis, inducat Persas, aut Scythas.

Vestes quaæ nitro, similibusq; rebus lauantur magis atteruntur. Ita uomitus pharmacis extorti, magis offendunt.

Vt sceleræ mulieres abortum provocat, ut rursum impleant ac uoluptuentur. Ita quidam in hoc ipsum corpus euacuat pharmacis, & clysteribus, ut denio liceat ingurgitare.

Qui a praescripta uita ratione, ne tantulum quidem audet discedere. ii ostrei uel stipitis potius uiuunt.

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

Vt ferrum crebris immersionibus consumitur. Ita corpus crebris permutationibus uitiatur, hoc est si nunc immodicis laboribus intendatur, nunc uoluptatibus liquefiat, ac molliatur.

Nautæ a nauigandi labore turpiter conseruit se ad uoluptates, rursum a uoluptatibus ad nauigationem redeunt. Ita quidam a deliciis ad labores, a laboribus ad delitias, summa uitæ iustitia sese uertut.

Qui uiro malo addit opes & gloriam, is febricitanti ministrat uinum, biliolo mel, coeliacis obsonia, quæ morbum animi, hoc est stultitiam augeant.

Qui morbo laborant, cibos purissimos & lautissimos fastidiunt & recusant, si quis edere compellat, iidem restituti bona ualetoni, caseo quoque, aut cepe lubenter uescunt. Ita stultis magnifica fortuna iucunda, Sapietib⁹ etiā humiliis, ac tenuis fortuna suavis.

Qui cibi dumtaxat causa ad conuiuum accedunt. Quasi uas adducunt implendum. Mistum.

Qui in eadem uehuncntur naui, & in insdem militant tentoriis, se se mutuo ferant, oportet Sic qui uerlantur in Republica. At in conuiuiis no id est necesse, nam illic periculum est commune, hic no ite.

Qui rogant quid sumus facturi, si non edamus, aut bibamus, & huiusmodi rebus utamur. Perinde faciunt, quasi Danaides essent sollicitæ quid facturæ sint, si dolium impleatur.

Qui ex seruitute manutulsi sunt, quæ dominis solent facere cum seruirent, ea faciunt sibi ipsis, suoq; arbitrio & præsidio. Sic nunc anima alit corpus multo labore, multisq; curis, postea facta libera, seipsum alet contemplatione ueri, nec poterit ab ea auelli.

Vt corpus est instrumentum animæ. Sic anima est instrumentum dei.

Vt graniora corporis uitia, quæ in uulnus, & in tumores erunt punct. Ita animi affectus, qui gravious curis uitiam reddunt molestiam, ut uitium est, ex atomis omnia nata credere, at non angit animū quæadmodū auaritia. Dissemile.

Non timet mare, qui non nauigat, non bellum qui non bellat, non latrones, domi manens, non calumniatorem pauper, non inuidiam priuatus, non terræmotum, qui est in Galatia, non fulme qui est in Aethiopia. At supersticiosus omnia timet, terram, mare,

*Contra in aqua pīdā
rāvā iū ūdābā
Contra dōgā qīdā vī hīrātāmātā*

EX PLVTARCHI MORALIBVS XVIII

aerem, cœlum, tenebras, lumen, strepitum, silentium, somnium.

Dissimile.

Serui cum dormiunt, non timent heros, uncti obliuiscuntur cōpedum in somno, ulcera, carcinomata & grauissimi etiam cruciatus conquiescent. Sola superstitione etiam dormientem infestat.

Dissimile.

Tyrannū mutato solo licet effugere. Qui deū timet nō est quo effugiat, quādoqdē nūq̄ nō est deus.

Dissimile.

Licet seruis, postulare distractionem & mutare dominum, Idē non datur iuperficiosis, cum omnes deos metuant.

Si miseri sunt, qui duros nasci sunt dominos, quanto infelices, qui dominis seruiunt uitios, a quibus non possunt aufugere.

Dissimile.

Sunt aræ seruis, sunt statuæ, sunt asyla latronibus ad quæ confidunt, & ubi tuto sint. At hic maxime timer superstitionis.

Vt Tigrides, si quis tympanis circumsonet, in rabiem agi dicūt, adeo ut se ipsas deniq̄ discerpant. Ita quosdam offendit, quod aliis addit animum, puta musica, eloquentia &c.

Cum nauta uidet iminere tempestatem, priuū quidem deos invocat, ut incolumi liceat in portum appellere, mox contrahit uela, atq; oīa nihilo secius parat, quibus est opus. Ita nos debem⁹ auxilio diuino fidere, sed sic ut nostrā quoq; idūstria adhibeam⁹.

Item arator ab Herodo iubetur diis sacrificare, deinde aggredi, & miles primum invocat opem diuinam, deinde armatur.

Vt tremunt, qui ursorum aut draconum lustra adeunt. Sic superstitiosi cum tractant diuina, existimantes deos semper partos ad nocēndū.

Qui ditios colunt metu alicuius mali. Perinde faciunt, ut ii qui tyrannos uenerantur, ne noceant, quos oderunt animo.

Quidam dum stulte fugiunt latrones, aut feras, in aqua incidūt & barathra, aut precipitia. Sic quidam superstitionem ita fugiunt, ut incident in impletatem, cum in medio sit pietas.

Vt qui e uinculis emittūt, licetius uagant, q̄ ii q̄ nūq̄ fuerunt in uinculis. Sic pueritia cum a preceptoris gubernatione soluitur.

D. ERASMI R. T. SIMILIA.

Qui demissi a pædagogis, suo relinquunt arbitrio, non abiciunt imperium, sed mutat principem. Nam pro pædagogo iam rationi parent.

Qui in ciuitatem ascripti sunt, & hospites, multa damnant, ac moleste ferunt. At qui in ea a pueris sunt educati, quicq; alueuerut, probant. Sic qui philosophiam a pueris imbibierunt.

Vt athletis amphiotides adduntur contra plagas. Ita pueris focalibus magis est opus, aduersus pestilenter orationem.

Vt peius sentiunt de homine, qui dicunt eum esse iracundum, perniciosum, quam negant eum uiuere. Ita minus male sentiat de diis, qui negant ullos esse, quam qui dicunt morosos, noxios, irritabiles, ut faciunt superstitiones.

Vt ager si non colatur, non solum infugiferus manet, uerum etiam multa syluestria producit. Ita adolescens rationis capax, nisi præceptis honestis exerceatur, non solum non euadet bonus, sed ad multa uitia deflectetur.

Diffimile.

In ludo sphærae, simul discunt, & mittere & excipere commode. At in doctrina prius est bene accipere, quam mittere, quemadmo dum concipere prius est, quam parere.

Vt aues subuentaneos concipiunt feetus. Sic inutilis oratio accepta, nec inhærens, sed protinus iuuras dispergitur.

Vasa ad excipiendum quod infundit, accommodant & inclinant sese. Sic qui discit debet accommodare sese, ne quid effluat eoru, quæ utiliter dicuntur.

Vasorum malorum & putrium aures quibuslibet implent potius quam necessariis. Ita quidam stultissima protinus discunt.

Qui equos recte alunt, eos docent parere freno. Pueros qui uolent instituere primum asuefaciat, ut dicto sint audientes.

Si quid in utres uelis infundere boni, uentum atq; aerem emoueas, oportet. Sic fastum, ac tumorem eximas oportet ab animo eius, quem uelis docere.

Malus consiliarius omnia depravat assidens. Sic inuidia nulla magis damnat, quam quæ sunt optime dicta.

In opere f. vico tamē a dīda & rotina

EX PLVTARCHI MORALIBVS. XIX.

Vt lumen. Ita nec oratio ulli prodest, nisi uolentibus accipere.

Vt œconomicis & amici prosunt & inimici, quemadmodum dixit Xenophon. Sic uigilans auditor & cordatus nō solū dictis, uerum etiam erratis aliorum sit eruditior.

Vt in alienis oculis nosmetipso cōspicimus. Sie in aliena dictione quid nos deceat aut dedebeat, contemplantur est.

Vt ad sacrum epulum, sic ad auditionem oportet placidum ac beneolum accedere, ut benedicta probes candide. aut si parum recte dicat, tacitus notes quamobrem errauerit, & animi conatus certe probes.

Facile est demoliri quod alius extruxit, at difficilellum, idem aut melius aliquid extruere. Ita aliorum orationem reprahēdere in proclivi est, at eodem modo meliusue dicere, non est perinde facile.

Vt multa belli inania, iuxta prouerbium. Ita & auditionis, puta supercilium, acclamatio, strepitus, & id genus alia.

Quemadmodum in iis, que ad tibiam canuntur, multa fallunt, ac suffugiunt auditorem errata. Ita in oratione phalerata, multa inepte dicta fallunt auditorem, ob phaleras, & fucos orationis.

Qui coronas pectunt, bellissima quaerunt, non utilissima. At apes etiam amarissimo thymo insidunt, atq; inde mellificium colligit. Sic oportet auditorem, non flosculos orationis, uoluptatis causa sectari, sed vim sententiarum, & utilitatem.

Dissimile.

Non oportet hoc animo ad audiendum accedere, quo ad spectaculum, puta ut tantum delectemur, sed ut meliores efficiamur.

Non conuenit, ut in tonitrina surgens, ad speculum contemplaris te ipsum, num recte sis curatus. Ab oratione discedens, non expendas, nup̄ m̄elior sis factus, aut deterior ex auditione.

Vt balnei non purgantis. Ita nec sermonis illa est utilitas.

Non sic ad audiendum est accedendum, ut uelis inungi & oblini fucis, quo nitidior sis, sed gratiam habeas, si uelut alueare acri fumo, sic ipse mordaci sermone, purgeris animo, qui cæcutientiae & lippitudinis est plenus.

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

Qui bibunt, ubi iam desierint sitire, tum poculi sculpturā cōtē
plantur. Sic in oratiōe, primū animaduertēdū, q̄ salutare sit quod
dicis, deinde si uacat, quid sit elegans, aut nitidum, considerare licet.

Qui statim orationis ornatum requirit. Perinde facit, ac si quis
nolit antidotū bibere, nisi uas sit adductū ex Atticā Veneris sigilli
na, nec in hyeme uelle iduere, nisi quæ lanā habeat ouiu Atticarū.

Vt qui ad conuiuum accessit, utitur appositis, nec aliud regui
rit. Ita discentem tacite audire oportet, donec qui dicit perorari
tum si libeat utilē aliquam questionem proponere.

Vt apud Homerum Ulysses rideatur a procis, quod panis frustu
la peteret, non enses, neq; lebetes. Ita magis ridendi sunt, qui disse
renti minutulas ac friuolas quaestiuculas obiiciunt.

Vt qui clave uelut secare ligna, securi aperire ostiū, utriusq; usu
sele priuat. Sic qui dicentem alienis ac friuolis quaestiuculis per
turbant, non solum nullum capiunt fructū ex iis quae dicunt, uerū
etiam mali uiri opinionēm, atq; odium lucrifaciunt.

Vt morbus non cælandus est, sed in publicum effendus, quo
fanari possit, ut dixit Heraclitus. Sic inscitia non est tegenda.

Vt tragedi in theatris. Ita philosophus in scholis est audiend⁹,
nempe ad finem usq;, Dissimile.

Qui pecuniam dat, quātum impertit alii, tantum sibi detrahit.
At non idem sit in laude, & tamen hoc imaginantur maligni qui
dam, partius impertientes laudem, quam pecuniam.

Vt qui maligne dant aliis, uidentur ipsi parum habere. Ita qui
parce & maligne laudant alios, uidentur adhuc suas esurire ac siti
re laudes. Dissimile,

Iudex in causa nihil tribuens amori, tantum rem perpendit, ac
secundum eam pronunciat. At in audiendis philosophis, multis
lapibus candide fauendum est. unde ueteres iuxta Mercurii sta
tuam, Gratiarum item ponere soliti sunt.

Vt iuxta uias asperas, ac salebroosas, uiolæ, flosculi, nonnunq;
occurruunt. Ita in oratione infacunda nonnunq; & sententiae, & figu
rae incident dignæ quae laudentur.

Vt hædera undeuis ex se inuenit, quo se alliget. Ita amor etiam

iis capit, quæ non amantem offendunt.

Vt amantes candide interpretantur uitia quædam. Ita debent & auditores dicentium.

Bonus coniuia nō existimat hoc tātū suātū esse pāriū, ut suauiter accipiat, cura sumptuq; alieno, sed debet cōmodū uicissim exhibere cōuiuā. Sic auditor nō tantū audit otiosus, dicente lolicito. sed uultu, oculis, applausu, fauore, iuuare oportet dicentem.

Vt in ludo sphæra alterius est commode mittere, alterius scite excipere. Sic in audiendo cōuenit utrumq; suo fungi officio, tum eum qui differit, tum eum qui auscultat.

Qui castam ac philosophicam oratiōem meretriciis ac philosophicis laudibus prosequuntur. Perinde faciunt atq; ii, qui athletam liliis aut rosis coronent, non lauro, aut oleastro.

Vt non quæuis corona quæmuis decet uictorem. Ita non quæuis laus, aut quiuis honos, quenquamque hominem.

Vt ridiculus sit cantor, qui rem graueni Lydiis efferaat modis. Ita ridiculus qui de diis, aut recte uiuendo uerba faciens, rhetorici lasciuiat flosculis.

Non quæadmodū parasitus conuicio tacit ab iis, a quibus alie, ridet ac nihil commouet. Ita a philosopho reprehensus debet esse affectus, sed nec offendi oportet, nec impudenter negligere.

Vt caro quæ callo obduruit, nō accipit ubijces plagari. Ita animus assuetudine peccandi, nō cōmoquet correptiōe licet acri.

Qui correptus statim fugit, exoluſ admontorem, Peride facit, ac si sectus a medico continuo offensus aufugiat, non expectans ut obligetur, & obliniat uulnus ac mitigetur, nam is quod dolet iam passus, quod confert, non uult experiri.

Vt Telephi uulnus eadē hasta sanatū est, quæ uulnus inflixerat. Ita uulnus obiurgationis ab eodem sanabitur, qui fecit.

Vt q; sacris iniciat p̄fērit primos illos in lūtū, spe secuturq; dulcedinis, ac lucis. Idem faciendum iis, qui a philosopho obiurgant.

Vt priusq; affueuimus, multa nos offendit in homine, quæ postea affuetis sunt etiam iucunda. Sic in literis, in philosophia, prima illa tædia toleranda sunt, donec usu fiant facilia iucundaq;.

D. ERASMI ROT SIMILIA.

Vt uasa angusto ore difficultius recipiunt, sed retinent certius li-
quorem. Ita ingenia quæ tardius percipiunt, sere meminerunt
tenacius.

Vt pulli inuolueres semper hiantes pendent de ore alieno. Sic
quidam molesti sunt docenti, quod necessarium sit eis omnia ma-
sa in os inferre, nihilq; tradant ipsi sibi.

Vt quidam crebris diuerticulis uiam breuem reddut longam.
Sic nonnulli docentem crebris quæstiunculis nihil ad rem pertine-
tibus interpellantes, perpetuam interrumpunt doctrinam.

Quemadmodum ignavi, cibiq; audi canes, domi ferarum pel-
les mordent, ac filios uellunt, feras ipsas inuenatu non attingunt.
Sic quidam præpostere studiosi, de nugis agunt, caput disciplinæ
non attingunt.

Dissimile.

Non ut uasa, itidem ingenia defuderant repletione, sed satis est
accensio, uelut incitamentum in materia, quo quis inueniendi, &
cupiditas ueritatis incitetur.

Veluti si quis ignem petat a uicino, deinde illic luculentio reper-
to foco desideat, maneatq; Ita quidam semper assident præcepto-
ri, nec accedunt ingenium suum, ut domi suo fruantur igni.

Quemadmodum iuxta Philoxenū, suauissimæ sunt carnes, quæ
non sunt carnes, & iucundissimæ pisces, qui non sunt pisces. Ita max-
ime delectat admixta philosophia & poesis, & poesi admixta philo-
sophia.

Vt in obsoniis non solum sequimus uoluptatem, sed etiam salu-
britatem. Sic in audiendis & legendis authoribus.

Frustra clauduntur portæ ciuitatis, si una relinquatur aperta,
per quam hostes irrumptant. Ita non satis est in cæteris tempera-
tum esse, si auditus pateat perniciose sermonibus.

Vt diligenter seruanda est porta, qua uia sit ad regiam. Ita cau-
tius seruandus auditus, quod maxime sit cum rationali animi pa-
te coniunctus, & quod per eam admittitur, maxime potest uel
iuuare uel kædere.

Quidam Amethystū adhibent in compotationibus aduersus
ebrietatem. Multo magis in audiendis poetis, præcepta sunt adhi-

poem scilicet nimirum de omni rebus differentiis utraque etiam solent morosus in tractare

EX PLUTARCHI MORALIBVS XXI.

benda, ne quid inficiant animum.

Vt in his locis ubi multæ nascuntur herbae ad remedium efficaces, in iisdem multæ nascuntur letales. Sic in poetis multa præ clara, multa pestifera.

Vt Simonides dixit, stupidiores esse Theffalos, quam ut a se decipi possent. Ita q[uod] feliciore lunt ingenio, citius a poetis corrupti.

Quemadmodum Vlysses auribus cera obturatis, Sirenum periculum præternauigauit. Ita nos si quid incidit blande secundum in autoribus, prateruehi oportebit.

Si multi inebrientur uino, non ob id incidentia uites, ita ut fecit Lycurgus, sed proprius admouendi fontes. Ita si multi abutuntur poetica, non protinus abiicienda, sed adhibenda cautio, ut fiat salutaris,

Vt mandragora iuxta uites nascens, uinum reddit lenius. Ita philosophiæ ratio admota poeticæ, moderationem efficit eius cognitionem.

Quemadmodum in picturis plus mouet color, quam linea, propter ea quod proprius hominis formam repræsentet ille, magisq[ue] fallat. Ita mendacium admixta ueri similitudine, magis allicit, mouetq[ue], quam duplex oratio, quæ nihil habeat fuci.

Dissimile.

Non ut inuenire licet sacra sine tibiis & choro. Ita poesim absq[ue] mendatio licet inuenire.

Venenum admixtum cibis, pestilens sententia admixta rebus utilibus, ac iucundis.

Vt foedis animantibus scite effectis delectamur. Ita in poesi, quia est rerum adumbratio, etiam mala recte effecta delectat.

Vt in paricidio, aut in cestu depicto, artem modo laudamus eis qui pinxit, rem ipsam detestamur. Itidem in poetis elocutionem imitabimur, rem execrabitur.

Quædam per se non pulchra, quibusdam ob id bona sunt, quod apta. Ita laudantur in poetis quædam, quod congruunt personæ, tametsi alioqui foeda. Demonides claudus præcabat, ut crepida, quas furto amiserat, quadrarent ad pedes eius qui sustulisset.

F

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

Vt periculum sit, si omnes in idem inclinét latus nauis, sed alii
alio inflectentibus, nauis optime libratur. Sic seditio & dissensio
inter rhetores tutiorem reddit statum ciuitatis. Item dissensio po-
etarum inter se facit, ut minus insificant opinionem lectoris.

Quemadmodum medici Cantharidis, quæ letale uenenū est,
pedibus tamen & aliis ad remedium utuntur. Ita licet ex eadem po-
esi decerpere, quo medearis illius ueneno. Nam semper aliquid
admiscent, quo significant se damnare, quod narrant.

Qui omnia student exprimere, multa prava imitantur impru-
dentes. quemadmodum Aristotelis babutiēm, & Platonis incur-
uos humeros familiares exprimebant.

Dissimile.

Non quemadmodū omnia religiose metuiamus, ac reueremur
in sacrīs. Ita oportet in autoribus omnia uenerari, sed audacter
adhibito iudicio probare quadam, quadam improbare.

Dissimile.

Non sic est Poetis parēdū aut Philosophis, quēadmodū pueri
obtēperant pädagogis. sed quemadmodū Cato puer parebat qui
dem pädagogō iubenti, sed rogabat quam ob causam id iuberet.
Ita fides habenda autoribus, si causam idoneam reddiderint.

Quemadmodū in uite, luxuriantibus foliis ac palmitibus sāpe
fructus occultantur. Ita in poematibus, figuris ac fabulis luxurian-
tibus, multa cognitu utilia fallunt adolescentem.

Quemadmodum in eiusdem paucis apī florem sequitur, ca-
pra fruticem, fus radicem, quadrupedia fructum. Sic in Poetis ali⁹
aliud querit, hic historiam, ille sermonis ornamenta, ille proba-
tiones, ille præcepta uiuendi.

Vt equis non in ipso cursu frenum inicimus, sed ante cursum.
Sic qui proēnī sunt ad iram aut libidinem, ante rationibus ac
monitis refrenandi sunt, priusquam in periculum uentum sit.

Vt apī ex amatissimis floribus, & aspermissimis spinis mel suauis
simum, ac lenissimum colligit. Sic ex turpibus, ac sceleratis fabu-
lis, utcunq; decerpī potest aliquid utilitatis.

Vt freno circumagitur equus, ut clano nauis. Ita oratione du-

cuntur homines.

Quemadmodum medici pharmacum, ad unicum morbum reperunt, ad omnes similes ac finitimos accommodant. Ita conuenit autorum dicta ad uarios usus accommodare.

Vt qui uestes flagellant, corpus non attingunt. Sic qui generis uitium, aut paupertatem expobrant, non proprie tangunt ipsum hominem, sed externa calumniantur.

Vt qui subito e summis tenebris in lucem educitur, magnopere perturbatur, nisi paulatim lumini assueuerit. Sic in Poetis prælegendis, Philosophorum opiniones inspurgenda in animos puerorum, ne postea ad tam diuerfas doctrinæ rationes perturbentur.

Frustra tuber appenditur retibus ut natet, si plumbum annexu deorsum trahat, & in æquo teneat. Ita frustra præceptis bene uiuendi instituimus, si malitia addita non sinit e stultitia emergere.

Vt in curatione non sentitur morbi leviamet, nisi sincerus habitus inducatur. Sic in philosophia non proficitur, nisi paulatim aliquid decedat de stultitia, donec in aliud mentis habitu perficiat.

Dissimile.

Non ut Cæneus subito e muliere factus est uir, optando tantum.

Sic repente ex improbo uiro, probus etiadū quispiam, ut qui cubitum abiit stultus, surgat sapiens,

Vt ad lineam applicandus est lapis, non ad lapidem linea. Sic uita ad philosophorum decreta corrigenda est, non ea sunt ad mores nostros trahenda.

Vt paulatim umbra remissa sentimus nos magis esse in lumine. Ita sensim imminuta stultitia, in sapientia proficimus,

Vt qui in immenso nauigant mari, ex ipsa uentorū ui, cursusq; tempore coniunctū se promouisse, etiam si nondum appareat portus, nusq; tamen consistunt, donec portum attigerint. Ita non conuicendum in philosophia, donec ad perfectum illum sapientis habitum perueniunt sit.

Vt qui paulū addit paulo, idq; frequenter facit, ingente aceruum accumulat. Ita assiduitas ad bonā mentē parādā plurimum ualeat.

Vt uerus amor erga mulierē, non desyderat testē, sed sat habet

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

si clam ea potiatur. Ita uit sapiens recti conscientia contentus. At qui siste amant, ostentant & iactant.

Vt agricultorū lubentius uident spicas inclinaras, quam eretas in altum, nam illas oruistas fructu intelligunt, has inaneas. Sic adolescentes priusquam profecerunt in philosophia, tunet ubi doctrina fructum percepérint, submittunt se.

Vt e uasis cum explentur liquore, aer expellitur. Sic qui proficerunt in philosophia, ueris implentur bonis, ac minus iam glori anf barba & pallio, minusq; seueri sunt in alios, in seipso duriiores.

Vt initiantur homines clamore ac tumultu, deinde cum sacra fiunt, taciti ac uenabundi aulcunt. Ita initia philosophiae tumultuosa sunt, tranquilla mysteria.

Vt in tempestate apparentibus geminis, hautē in spem erigūt. Ita post primam illam in philosophia desperationem, lux ueritatis oborta discutit eam diffidentiam.

Menedemus aiebat multos nauigare Athenas, qui primū essent sapientes, deinde fieri philosophos, id est sapientiae studiolos, dein de rhetores, postremo idiotas. Sic in philosophia quo magis profeceris, hoc minus turgebis fastu.

Qui détribus laborant, protinus medicum adeunt, malum expoununt, qui febre tenentur, accerunt, at phreneticus, nec accersit, nec admittit, ob morbi uehenientiam. Ita q̄s uirtus sua calant, nec admonentem patiuntur, de his nulla salutis spes est.

Vt qui laborant, non affectant haberi ulcerosi, sed magis fugiunt esse quam uideri. Ita non est affectandum, ut uidearis malus,

sed magis abominandum ne sis talis, quam ne uidearis. Diogenes uidens adolescentulum quendam in popina, ei pude re intro fugienti, quo interius ingt, fuderis, hoc magis eris in popina. Ita nitiosi quo magis abundunt se in seipso, hoc magis sunt id quod sunt. Foras prodeant oportet, si cupiunt effugere seipso.

Vt q̄ egēt, hoc magis ac molestius egerit, quo magis dissimulat egestatem. Sic qui nitiosi sunt, ac dissimulant ob fastum & arroganiā, peiores sunt.

Vt equi iam mansuefacti, etiam si auriga non utatur habenis;

Dicitur falsa & f. Dicitur ne dicitur
dissimulat recta

EX PLUTARCHI MORALIBVS. XXIII.

tamen suæ sponte rectam pergunt ire uiam. Sic affectus a ratione iam pridem domiti & assuefacti, nec in somnis, nec in morbis sopia ratione, quicquam tentant turpe,

Vt corpus assuefit, ne conniveant aut lachrymentur oculi, ne palpitet cor. Ita multo magis animus ne phantasiis comoueatur.

Quemadmodum cum morbi in corporis parte is non suas trahuntur, signum est morbi parantis abire. Sic cum offendimur, qui bus consuevimus delestant, indicium est futura sanitatis.

Vt non est uerus amor, qui caret zelotypia. Ita non amat uehementer uirtutem, nisi qui ardet emulatio re recte factorum ab aliis.

Vt acer equus suæ sponte facile currit. Ita qui ardet amore uirtutis, non eget admonitore.

Vt amanti omnia placent in amato. Sic in eo, in quo uirtutem amamus, etiam gestum, incessum, & aspectu imitari gaudemus.

Vt qui uere amant, etiam balbutiem ac pallorem admant in amatis. Sic admirator uirtutis, non horret Aristidis exilium, nec Socratis paupertatem, nec Photionis condemnationem.

Vt qui se comuunt, adhibent speculum. Sic gesturus negotium proponit sibi laudatorum uirorum exempla.

Olim edicebant nomina digitorum, illig aduersus terrores ueluti remedio utebant, singulis lente recitatis. Sic aduersus omnes animi perturbationes, exempla quadam optimorum uirorum habenda sunt in promptu.

Vt qui desperat se fore diuitem, largius impendit. at qui iam spe uicinus est opuleto, is nec paullum contemnit lacuum, & minimis parcit. Ita qui confidit se fore bonum uirum, & minima utilitas studet corrigere, & nihil negligit, quod aliquo modo conducat ad bonam mentem.

Qui sepem aut aggerem construunt, quæuis congerunt, lignum, saxum, aut columnam a sepulchro delapsam. At qui regiam adificat, nihil temere componit. Sic uir bonus nullam uitæ partem negligit incompositam.

Disimile.

Licet inuenire regionem, ubi uenena non sint, quemadmodum affirmant de Creta. At non licet inuenire tempublicam, quæ non

D. ERASMI ROT. SIMILIA

alat inuidiam, contentionemq.

Vt priscis satis erat si a feras non laederentur, posteriores etiā in suum commodum uertere cœperunt, pellibus uestiri, carnibus uersci, felle mederi. Sic nobis agendum est, ut ab inimicis non solū non laedamur, uerum etiam adiuueatur.

Non potest quævis arbor mitescere, neq; quælibet fera cicurari, proinde hæc quoq; qua possunt in suum uertunt usum. Sic qui ad amicitiam adduci non possunt, horum odio ad nostrum commodum abutemur.

Aqua maris inutilis potui, sed alit pisces, seruit nauigantibus. Sic in unaquaq; re quod inest commoditatis, excerptendum est:

Prometheus Satyrum cum primum uidens ignem uellet amplexi, admonuit eum exire contingentem, at aculis præbere lumen, calfacit inquiens, & seruit artibus. Sic eadem res, ut utaris, ita pernicioſa est, aut utilis.

E corporis morbo quidam hoc excerptunt commodi, quod uant negotiis, quibus distingebantur. & quosdam labores obieci reddidere ualidos. Sic quibusdam exilium, paupertas, naufragium, occasio fuit philosophandi.

Quemadmodum qui stomacho ualent, & animantia sanissima, saxa, ferrum, serpentes, & scorpions concoquunt, eaq; in nutritamenta uertunt. contra ualetudinarii, etiam pane & uino offenduntur. Sic stulti & amicitias perdunt, sapientes etiam inimici tuis recte norunt uti.

Lynceus per quercum uidet, inimicus etiam per famulum, per amicum perspicit, quid agas.

Vt uultures ad extinta corpora odore feruntur, sana non sentiunt. Sic inimicus, si quid deliqueris, statim olfacit, atq; eo confessum accurrit, ad recte facta stupidus.

Vt hostis semper imines mari, i causa est ut uigilet, ac sobria sit ciuitas. Sic inimicus obseruas, qd agas, facit ut nihil agas, dieas uite temere.

Dionysiaci sape negligenter inter se canunt in theatris, uerum cum certatur, tum multo diligentius agunt omnia. Sic accuratus gerit rem, qui scit uitam suam ab aduersario obseruari.

EX PLVTARCVI MORA LIBVS. XXIII.

Absurdum existimant obprobrire cuiquam corporis uitium,
a quo non sis ipse immunis. At multo magis ridiculum, animi
vitium in alterum conicere, quod in te recidat.

Quemadmodum Thelephus, quoniam carebat amico, coa-
etus est ab hoste petere remedium ac medelam vulneris. Ita qui
non habent liberos, amicos, a quibus admonentur, saepe nume-
ro ab inimicis sua audiunt uitia.

Item ut Thelephus non respexit hostem, cuius erat hasta, sed
salutem quam adferebat. Ita non oportet offendti inimici conui-
cio, sed si uerum admonet, uertendum est ad uitæ correcti-
onem.

Vt ille Thessalum Prometheus uolens occidere, gladio dis-
secuit tuber, ac lanauit. Ita lappenumero conuictum per iracun-
diam dictum ab inimico. uitium animi uel ignorantum nobis uel
neglectum sanat.

Vt qui luctantur, non abstergunt suum puluerem, sed se mutuo
contaminant, ut mutuo cadant. Sic quidam accepto conuictio-
non id purgant, sed obleruant quid uicissim in illos possit tor-
queri.

Vt si uel inimicus ostendat lutum adhaerens testi, non reiicis in
illum, sed abstergis. Ita si quis ostendat maculam uitæ, non re-
gerendum est conuictum, sed abstergenda labes.

Vt inuerterata consuetudo etiam si latet, tamen haud facile
propellitur. Ita simultas inuidiam, zelotypia mali memoriam
in animo relinquit.

Quemadmodum a feris exorsi, didicimus & homines iugulare.
Sic assueti inimicis male facere (quod iustum existimatur) nisi ca-
uemus, discimus paulatim, & erga quosuis eadem facere.

Vt non est Corydalis absq; crista. ita non est ingenium absq;
inuidia innata.

Vt cupimus cloacas quā longissime ab ædibus nostris abesse.
ita in inimicos uitiorum purgamenta reiicere profuerit.

Vt Onomademos noluit omnes tolli, qui diuerſarum fuis-
sent partium, ne sublatis inimicis omnibus, cum amicis (inquit)

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

incipiamus digladiari. Ita consumptis in hostes huiusmodi affectibus, magis comes sumus erga amicos.

Vt agricola iuxta allia & cepas, serunt rosas, quod quicquid est in illis molesti odoris, in hac transeat. Sic inimicus, si quid est in nobis mali animi, id totum in se recipiens, ac consumens, reddit nos amicis iucundiores.

Perinde ac si inutilis, ac excus metuat, ne Briareus fiat Centimus, aut Argus centoculus. Ira quidam metuunt, ne plurimum sint amici, cum ne cunum adhuc uerum habeant amicum.

Vt mulier impudica, cum multis le commiscens, nullum certum habet amatorem. Ita qui multorum appetit amicitiam.

Vt puella in pratis alium post alium flosculum decerpes, semper nouis arridentibus capit, priores negligit. Sic qui multas instaurat amicitias, ac mox saturatus alias querit.

Vt fluijus in multos deductus riuos, fluit tentus ac languidus. Sic benevolentia in multos distracta languescit & evanescit.

Vt animantia quæ unicum pariunt foetum, uehemetius amat, Sic erga unum ardenter est benevolentia.

Quemadmodum musca in popinis non manent, si desit nidus. Ita uulgares diuitum amici non perseverant, si non adsit utilitas.

Veluti qui humum adulseria. Ita qui amicum habet non exploratum, ubi senserit improbum esse, cum priuatur eo, gaudet, cum habet, optat effugere.

Vt malum cibum nec retinere possis citra noxam, nec reiicere sine molestia. Ita malum amicum, si tenetas, laetus, nec tam ab aliis inimicitia, ac tumultu ueluti bilem potes abiicere.

Vtrubo, spinisq; complectentibus nos discessis, ad uitium aut oleam tendimus. Ita non quemuis obuiam oportet in amicitiam admittere, sed ad idoneos, rejectis aliis, etiundem est.

Vt Zeuxis lente pingebat, quod diu duraret. Ita diu explorandus amicus, qui sit perpetuus futurus.

Vt diligenter compingitur nauis, quæ sit in tempestatibus praesidio futura, & agger uariis casibus oppositus. Ita diligenter probandus amicus, quo sis usurus ad omnia.

Dissimile:

Qui subinde substitit in uia, minus proficit. Atq; in philosophia etiam relabimur in malitia, intermissio ad honesta cursu, ceu nauis retroacta astu.

Dissimile.

Planete iuxta Mathematicos cum desinunt procedere, figuratur. At in philosophia subsistere non licet, sed assidue est progrediendum.

Vt si tatera non potest consistere, sed aut in hanc aut in illa ueritatem partem. Sic in philosophia, qui non proficit ad bonam mentem, is reuolutus ad malam mentem.

In bello nunquam remittenda sunt excubiae. Ita semper aduersum uitia nobis dimicandum.

Vt culmus primum in altum surgit impetu, deinde crebris geniculis interlecas, postremo in summo uenti flatibus laborat. Sic quidam initio feruent, deinde subinde subsistunt & offenduntur in extremo deficiunt defatigati.

Vt qui leuiter amant, gaudent quidem amico praesente, absens facile obliuiscuntur, at qui penitus amant, non finit abesse quod amant. Sic quidam facile auocantur a studio philosophia, nego tiis, at qui uere amant, omnium praे illa obliuiscuntur, nihilque illis sine illa dulce esse potest.

Dissimile.

Non quemadmodum unguentis, cum adsunt delectamur, cū non adsunt, non discriuuntur. Ita oportet erga philosophiam esse affectum.

Vt qui uehementer esurit aut sitit, nulla re potest auelli, donec sedauerit appetitiam. Sic omnia posthabeda sibi sapientia.

Quemadmodum graue est nauim ingressis, cum terra discedit quam agnoscunt, & nondum appetit ad quam nauigant. Sic philolophantibus initio molestum a consuetis discedere commodis, cum nondum uideant ad quam felicitatem philosophia sit per ductura.

In philosophia studio, ceu per metamorphosin quandam, qui dama uelut ayes facti conferunt ad contemplationem naturæ, qui ceu catellæ ad rixas, & morsus sophismatum, & quæstiocularum.

Quemadmodum Athachatis dixit, Athenienses ad nihil aliud

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

uti nummis, nisi ad numerandum. Ita quidam utuntur philosophia præceptis, tantum ut ostentent.

Vt apicula ex flosculis succum mellis colligit, cum alii non de tentur, nisi colore, & odore. Sic philosophia studiolus, & ex Poetis inuenit, quod ad bene uiuendum conducat, cum alii tantum uoluptate deliniantur.

Qui in Platone, & Demosthene nihil querunt, nisi puritatem Attici sermonis, quid aliud agunt, quam ii, qui in pharmacis nihil amant nisi fragrantia & nitor, uim purgandi, seruandis negligunt.

Vt non medentur qui uendunt pharmaca. Ita non sunt philosophi, qui quicquid e philosophia sumperint, id transferunt ad ostentationem.

Vt animi qui cuncta pabuli nata est, in pullos transfert protinus, ipsi nihilo melius est. Ita quidam ideo discunt, ut statim doceat, ipsi nihilo meliores euadant.

Quemadmodum lac coagulo concrescit. Sic homines communinguntur & unum suunt amicitia.

Vt animi uenti secundi sunt, aliis aduersi. Ita aliis fortuna fauet, aliis aduersatur.

Vt Briareus centum manibus quinquaginta pascens uentre, nihilo felicior erat nobis, qui duabus unum administratus. Sic tantumdem commoditatis capies e paucorum amicitia, quantum e multorum. penitatur enim incommodum, si pauci inseruiunt, paucis est inseruendum.

Vti Creon filiam nihil adiuit, sed eam complexus una cum illa periret incendio. Sic quidam felicibus amicis non fruuntur, cum infelicibus pereant.

Vt bruta sibi compilceatur diuerso generi, discedunt indig natia, & grauiter ferentia. sic inter similes placide coit, & coharet amicitia.

Musica Symphonia constat et diuersis, puta grauibus & acutis inter se ratione compositis. At amicitia constat similibus.

Non ut polypus se quibusuis locis. Ita nos debemus nos querere.

Comites sive obligati
Offices sive servantes
Sacerdotes sive laudes
Prestatores sive debitores

EX PLVTARCHI MORALIBVS XXVI.

libet moribus accommodare.

Dissimile.

Polypus superficiem, & colorem dumtaxat mutat. At amicus
vere similis esse debet amicis, & moribus, & affectibus, & studiis.

Pto: pto: pto: pto: pto: pto: pto: pto: pto: pto:

Dissimile.

Non ut Proteus præstigijs sele in omnes uertebat formas, nec
illam habebat certam ac propriam. Sic oportet nullo certo uitæ
instituto, cum studio lo legere, cum palæfrico colluctari, cum ue
nandi illudiosis uenari, cum bibosis simul inebriari, cum ambitio
so ambire magistratum.

Vt qui propriam domum non habet, per multas domos uagat.

Ita qui certam uitæ institutum non sequitur, nunc in horum, nuc
in illorum mores transfit.

Vt prima materia quibuslibet formis hariatur, cum propriam

non habeat. Ita animus multorum amicitia subiectus.

Eruggium herbari si uni capre in os inferas, cum ipsa suscitetur,
tum omnes consistunt, donec pastor herbam eximat. Ita princi
pis mores mirari in populum transfunduntur.

Vt Ixion Iunopem persequens, in nubem incidit. Sic multi in
fucatam, & uulgarem amicitiam incurunt.

Vt lumen magis prodest iis qui uident quam qui uidentur. Sic

gloria magis confert iis qui eam sentiunt, quam quibus contingit.

Vt grauius puniendus, qui letiferum uerenum non in unum
calicem, sed in fontem, unde bibunt omnes, iniicit. Sic magis pec
cant, qui principis corrumput ingenium, quam priuati hominis.

Vt sacrifici honore habet ciuitas, quod communem omnium
bonum a diis petant. Ita multo magis honoradus principis præ
ceptor bonus, qui tamē fingit, ut omnibus sit utilis futurus.

Vt artifex Lubentius faciat lyrā, qua sciat Amphionis arte The
banorum urbem condendam, quam eam qua Thales Laceda mon
iorum seditionem composuit. Ita philosophus Lubentius formā
bit ingenium principis orbi profuturum.

Vt mendum quod induxit, ac diutius inhæsit, difficile tollit.
Ita uitia inueterata non facile corriguntur.

Vt liber post lituras iterum infectus non facile emaculat, quod

tollerat q̄ finis affixus est.

G ii

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

altius imbibetur atramentum. Ita animus saepe in eadem relapsus uitia.

Veluti si quis cæcus in quempiam incidat, illum cæcum appelllet, qui non uitauerit. Sic nos fortunam facimus cæcam; in quam nostrapre incidimus cæcitatem.

Vt quemadmodum si sol non sit, per reliqua astra noctem ageremus. Ita quantum ad reliquos attinet lénitus, nihil differemus a brutis, nisi ratio adsit.

Vt pictor ille ipsumam equi, quam arte nequibat exprimere, impasta in os equi spengia, uariis imbuta coloribus, calu expellit. Sic quedam casus conficit, quæ prouidentia, curaq; nostra non potest effici.

Yt non debet sumere citharam, qui canendi sit imperitus. Ita non debet imperium sumere, qui non sit prudētia præditus,

Vt medici in uehementi fluxu pituita, non statim succurrunt phārmatis, sed foris admouent, quod tempore concoquat humorem, ac tum medentur. Ita in recenti dolore tacendum, donec tēpore mitior admittat consolationem.

Vt in democratia, cui forte contigit imperium, eum oportet imperare, cur contigit, eum oportet equo animo ferre. Sic in uitâ hominum quod lôr̄s dederit, boni consulendum est.

Vt terra foetus aliquando copiose proueniunt, aliquando maligne. Et in animalibus aliquando foetura foelix, aliquando sterilitas est. Et in mari aliquando tempestas, aliquando tranquillitas. Sic in uita uarii fortuna eatus.

Vt fructus cuiq; arbori fructus. Ita luctus non est alius fructus, quā lachrymæ.

Vt nemo miratur liquefactum, quod potuit liquefcere, sectum quod erat sectile, exūtum quod exustibile. Ita mirandum non est mortuum esse, qui erat mortalís.

Quemadmodum ex eodem luto licet fingere animâtia, accursum confundere, atq; continenter aliud ex alio facere. Sic natura ex eadem materia gehuit maiores nostros, his extinctis, nos, dein de alios atq; alios.

EX PLUTARCHI MORALIBVS. XXVII.

Quemadmodum mutua pecunia æquo animo reddenda est.
Sic uita munus, quam mutuo accepimus a diis, citra queremos
niam est reponenda.

Vt non qui multū cecinit, aut rhetoriciatus est, aut gubernauit,
laudatur, sed qui scite. Sic non qui diu uixit, sed qui bene.

Quemadmodum quod in tesseris cecidit, id arte & ratione qui
potest optime disponendum. Ita quod in uita accidit, in optimā
uerendum partem.

Sicut menstrui non grauatum reddūt deposita pignora, ut quæ
in hoc ipsū acceperint, ut restituat. Sic nos quod a diis accepimus.

Quemadmodum araneæ ex se telas texunt. Ita quidam ex seip
sis comminificantur fabulas ac mendacia, cum nihil subtiliter ueni-

Quemadmodum nūc nihil aliud est, quam relucēntia solis te
fracti in pubibus. Ita fabula, quedam est ueri repræsentatio.

Fūmus initio ingens facile eūescit. Sic gloria falso parta,

Vt fugitiuis ab altariis ac templis reuulsis, nihil superest, præ
ter mortuorum sepulchra. Sic qui uera, suaque gloria destituti, ma
iorum imaginibus efferunt se.

Non utimur aqua turbata, nisi constiterit. Multo minus utedū
est animo commoto, priusque ad se redierit. Ita Socrates.

Si qua terra referta sit saltubus, feris, & herbis sylvestribus, mul
to limo, protinus displaceat imperito colono. At peritus agrico
la ex iis ibis conjectat soli molliciem, ac feracitatem, tantoque im
pensis dat opera, ut eam repurget. Sic magnis ingenii magna
uitia solent innasci, quæ non cōuenit statim tollere, sed potius me
deri. expectanda atas, donec ad frugem bonam reducatur.

Quemadmodum Aegyptii lege iubebantur expectare, donec
peperisset si qua grauidā morbo fuisset correpta. Ita non est facile
abiicienda spes in hominum erratis.

Vt Hyena fel, & Phoca coagulum, atque alia pessimarum fera
rum partes, aduersus magnos morbos efficax habet remedium.
Sic deus pessimis tyrannis utitur nōnunque, ad correctionē uitiorū.

Quemadmodum agricola non incidit spinam, priusque aspara
guminde ceperit, & Lybie non ante incendunt sarmentum, quam

D. ERASMI R.O.T. SIMILIA.

thus colegerint. Ita deus non excedit genus regum pestilens, pri
usquam hinc fructus aliquis bonus contigerit.

Dissimile,

Cantharides & scorpii in se conferunt sui ueneni remedium. At
ipsi peccato inest sua poena, suppliciumq.

Vt pueri quidam admirantur, ac felices iudicant nebulones
miseros, cum in scena saltant, aureis induiti. Sic stulti felices exi
stunt diuinitis onustos.

Vt qui dissoluta tabe conficiuntur, non effugiunt mortem, sed
lente moriuntur. Sic qui non statim puniuntur, non effugiunt poe
nam, sed longa ducuntur poena.

Vt qui in carcere detinentur, unde non sit effugium, tamen ali
quando ludunt tesseris. Sic qui in uita uoluptatibus utuntur, cum
sint scelerati!

Vt amnes quidam repente se cōdūnt sub terram, nihilominus
eo perferuntur, quo tendunt. Ita numinum ira, licet occultæ, ta
men in externas calamitates auferunt aliquando nocentes.

Vt qui astuant febribus, æque calent, siue unam instraueris ue
stem, siue plureis, tamen in solatium illorum, multitudo uestium
tollitur. Sic obseruent, quibus mederi non possit.

Quemadmodum Ischiacis medici pollicem inurunt, & cum ali
bi doleat, alibi admouent remedium. Sic deus nonnunquam ut
patres sanet, sauit in filios.

Vt scorpions non tantummodo putandus est habere aculeum
cum ferit, sed semper est obliterandus. Ita mālis prognati, etiam
si non peccent, tamen uenenum habent.

Vt medici quibusdam morbis occurunt, priusquam appareat.

Ita deus quædam punit, ne fiant.

Qui uincit in certaminibus, præconem adhibet quo uictor pro
nūcief. Multo magis uera uirtus alieno ore laudari, nō suo.

Quidam fame coacti, cum deest quod edant, suis ipsorum ar
tibus turpiter uescuntur. Sic quidam siti gloriae cum deest qui
laudet, ipsi laudant se ipsos, non sine dedecore.

Vt qui inambulantes attollunt sese ac dilatant, fastuosi uocant.

Judeo Cypria

fonte & riferi @ ad ann. - & q. b. q. p. i. r. o. g. / i. n. d. d. f. o. c. h. o.

EX PLUTARCHI MORALIBVS. XXVIII.

at laudantur qui itidem faciunt in pugilum certamine, aut in pugna, & uocantur fortes & inuicti. Sic qui in rebus aduersis erigit animum, fortis habetur & insuperabilis.

In tempestate qui configiunt sub arborem, serenitate facta, ramos illius uellunt fugientes. Sic in rebus afflictis utimur praesidio quorundam, quos eosdem per inuidiam affligimus in rebus prosperis.

Qui obseruant ne molesti sint lippientibus, umbram ali quam admiscent lumini. Sic quida laudibus suis aliquid erratorum aut uituperationis aspergunt, ut inuidiam effugiant.

Ut non inuidetur his, qui domum aut agrum magno emerut, sed quibus gratis contigit. Ita nemo his inuidet, qui gloriam magno sibi pararunt, sed quibus fortuna fauore contigit.

Quemadmodum iubemur, aut omnino cauere locum pestilentiem, aut si in eo sis, circumspete agere. Sic aut omnino uitandum, ne laudes te ipsum, aut id cautim, & circumspete agendu.

Qui esuriut, magis irriterat si cospexerit alios edetes. Sic magis inflamat ad gloriā, qui gloriae sunt audi, cū alios audiut laudari.

Non oportet titillare, qui natura proclives sunt ad risum. Ita non oportet laudare, qui gloria suapte sponte sunt appetentiores.

Pictores seponunt ad tēpus opera sua, tu ex interuallo rectius iudicatur, nam assiduitas in causa est, quo minus bene iudicent. Sic nos rectius iudicamus amicos, quos ex interuallo reuismus. Ac de nobis ipsis, quoniam adsumus assidue, minus recte iudicamus.

Qui se una cum ipsis ædibus incidunt, omnia intus tumultu complēt, ut nec uidere possint, nec despicer quid sit utile. Sic ira commotus animus.

Nauis deserta recipit gubernatorem, si quis uelit in portum reducere. At animus ira percitus non admittit gubernatricem ratione aliud, nisi intus ratio clauem arripiat.

Quemadmodum qui expectant obsidionem, colligunt ac deponunt pecuniam, atq; omnia parant sub hostium aduentum. Ita aduersus assultum ira cunctæ præceptis philosophia munierat & instruendus est animus.

Vt in tumultu non audimus quid nobis dicatur. Ita irati non

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

admittimus alienum consilium, nisi ratio loquatur intus, quæ tu
multum animi compelcat.

Vt munita tyranis ab alienis tolli non potest, a familiaribus
potest, Ita concitatus animus ex se præbet quo soluat ira.

Vt ferrum tenuerit & infirmum si denuo fodiatur, facile frangit.
Sic animus saepe commotus ira, qualibet de causa commouetur.

Vt non magno negotio flamma extinguitur in pilis leporinis,
aut scyris, aut stipulis accendi cœpta, at non item si solidâ corri
puerit. Sic ira primum gliscens facile uel ioco, uel risu compescit,
cum uidemus fumantem adhuc, quod si processerit, uix ullo nego
tio possit extingui.

Vt nautæ præsentientes tempestatem, ancoris firmant naues.
Itaq; priusq; ingruat tempestas iracundia, ratione firmandus est
animus, & in diuersum nitendum.

Dissimile.
Amor leuat cantu, corollis osculis, At ira si indulgeas exasperat.
Vt prima tyrannidis solutio est, si reclametur, si non pareatur.
Sic ira statim est reclamandum.

Vt iuxta sententiam Hippocratis, morbus est periculosissimus,
in quo ægrotus subinde mutat oris habitum, ac sui dissimillimus
redditur. Ita nullus est animi morbus ita periculosior, quæ uultu,
uocem, inceduum sic immutat, ut idem alias esse uideatur.

Lotis adducunt speculum. Id multo magis exhibendum irato.

Dissimile.
Mare commotum cum algam & spumam eiecat, purgari di-
citur, etiam si littus contaminat. At qui commotus ira, uerba effu-
dit amara, contumeliosa, primum inquinant ipsum a quo dicunt,
& famæ labem alpergunt.

Vt in febre sic & in morbo linguam habere lepem ac tæneram,
bonæ spei signum est.

In febre linguæ scabrities, ac sordes signum est mali, non causa.
In ira linguæ durities, malorum maximorum est causa.

Vt tumor potissimum accidit ex plaga carnis. Sic molles & ini-
becilles animi maxime intumeſcent ira, ut mulierum ac senium.

Barbari sicut distinxit q[uod] est re ipsa yencia sicutum & q[uod] est fortius
Barbari

EX PLUTARCHI MORALIBVS XXIX.

Barbari quidam ferum inficiunt ueneno, ut bis noxiū sit. Sic
quidam dictis instigant commotos.

Vt nutrices pueris dicunt, ne plora, & accipies. Ita dicendum
animo cominoto, ne clama, ne festina, ac melius quā uis, consilie
queris.

Vt pater uidens puerum uolentem incidere quippiam, ipse ar
repto ferro id facit. Ita ratio uindictā eripiēs irā, utiliter castigat.

Vt puer se uulnerat ob imperitiā, dum aliū ferro quarit la
dere. Ita iracundia sibi nocet saperū numero, cū alijs nocere studet.

Qui nos docuit sagittare, non uertuit iaculari, sed uertuit ne aber
raremus a scopo. Ita non est interdicta punitio, sed in tempore
& apte facienda.

Vt primis nunciis non statim creditur, quemadmodum Pho
tion Atheniensis, nūciata Alexandri morte. Si hodie, inquit, mor
tuus est, & cras & perinde mortuus exit. Ita nō statim irā fidendū
dicenti, ille mihi fecit injuriam, sed pterea fides in dies aliquot.

Vt per nebula[m] corpora. Sic per iracundiā res maiores uidēt.

Pigri remiges sereno cælo desident in portu, deinde coguntur
flantibus pentis nauigare cum periculo. Sic qui non punit, cum
est animo laddato, cogitur aliquando uel iratus punire.

Dissimile.

Cibo iuxta naturam utitur is qui esurit. At uindicta debet uti,
qui nec sicut eam, nec esurit.

Vt assida tussi concutitur & quassatur corpus, atq[ue] exulceratur.

Ita crebra ira animum exulcerat.

Vt luxus deprehenditur e cantu tibicina, e coronis projectis, ac
similibus indiciis. Ita iracundum intelliges e seruorum uultibus
injustis.

Vt qui per inane ingrediuntur, quo magis innituntur, hoc ma
gis peccant. Ita qui sui amantes, sibi sicutiunt.

Dissimile.

Non ut medici bili medentur amaris. Ita oportet iracundiam
medicari iracundia.

Vt minuta litera, si quis intendat, offendat oculos. Sic qui res

val: man: de mortis vnguicul: m: m: m: m:

templo dicit: vir: illi: m: m: m:

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

minutulas iracundie curat, morosior redditur ad maiores.

Quemadmodum in oeconomicis inquit Xenophon suū habet locum uasa sacris parata, suum quæ cœnis, alibi quæ agriculturæ, seorsim quæ bello. Itaq; quisq; inueniet in animo suo mala ab inuidia profecta, a zelotypia, ab ignauia, ab auaritia.

Vt Lamiæ fabulæ narrant foris oculatas esse, domi oculis in ueris se reconditis, nihil uidere. Ita quidam in alienis perspicaces sunt, ad sua cœcutiunt. Vt quibus domi multum est malorum, gaudent apud alios uerari. Ita animus sibi male concius, sua hoggens, de alienis agit, & malitiam suam apud alios palpit.

Gallina saepenumero pabulo appolito, in angulo scalpes, ac uerens scrobem, e stercore ordei granum unum depromere piauit. Sic curiosi prætermisis aut interruptis sermonibus nonnoxiis, siqd malum in cuiusq; familia occultum est, id proferunt in medium.

Vt taxat in comediiis Cleopatrat alibi manu haberet, alibi mente. Ita multis in locis est curiosi hominis animus, nec una habitat in domo.

Vt Sicyæ, quod est in corpore pessimum, id attrahunt. Sic curiosorum aures, quod est in hominum uita uitiosissimum, id libetissime audiunt. Ciuitates portas habent quasdam nefastas, per quas educuntur nocentes ad supplicium capitis, eiiciuntur purgamenta, nihil aut interfur sacrum aut purum. Sic aures curiosorum non transeunt, nisi homicidia, adulteria.

Vt nemo ferret si quis medicus, uel Aesculapius istro accedens ad alienum morbū percontaret, num haberet phistula in ano, aut num mulier haberet canctum in pudendis, cum hæc curiositas sit salutifera, quod inuocatus accederet. Multo magis ei intendit curiosus, q; aliena mala nō curat, sed retegit tñ, idq; non aceritus. Dissimile.

Portitoribus indignamur, quod aliena scrutantur uasa, cum id lex eis permittat, & ni faciant, damnum facturi sint. Multo magis succendendum iis, qui suis omisiliis neg otii, aliena perscrutantur.

EX PLUTARCHI MORALIBVS XXX.

s Ut coci optant pecorum prouentū, pīlatores pīscīū. Sic curio
sus malorum, nouarū rerum cōmōtionem, ut habeat quod ueret.

Vt fele præter currente tollunt e medio oplonia. Ita apparen-
te curioso, uertunt institutum sermonem, donec abierit, ut minus
iam norit rerum, quam cæteri.

Vt quidam insana libidine, neglectis formosissimis mulieribus quæ prostant, ad inclusam & sumptuosam penetrant, etiam defor-
mè. Sic curiosus cōtēptis præclaris spectaculis ac fabulis tā multis,
alienas scrutat epistolās, aliehas domos, nō ablq; periculo nōnūq;

Vt Simonides gratiarum scrinium semper inane repperit, mercedis semper plenum. Ita si curiosus post aliquantum tempus suā aberiat penum, inutilibus & inluauibus rebus plenam inueniet.

Quidam e poetis eligunt dexterissima, ut ex Homericis versibus
acephalos. & μειούσιοι tragicos syllogismos, & ab Archilochob
scœne dicta in mulieres. Sic curiosus pessima & insuauissima, e
cuiusq; uita decerpit.

• Ut Philippus ex deterrimis hominibus conditam ciuitatem novus opolop appellauit. Sic curiosus malis undiq; cogeffis, thesaurum quedam inamabilem & inacuenū sibi in memoria cōstruit.

*Et quidam neglectis pulchris picturis, prodigiosas ac monstro-
sas mirantur imagines, ut trioculos, carentes suris, cynocephalos.
Sic curiosi malis alienis magis delectantur, quam honestis.*

*Vt pugatores non finunt canes quiduis olfacere, aut mordere,
sed integros eos fertant fera. Sic oportet aures & oculos non sine-
re quovis usagi, sed rebus necessariis reseruare.*

Quemadmodum aquila & leones cum ambulant, intorsum
pertinet unguis, ne conterantur, ac seruant in prædam illorum aci-
rim. Sic animi uigorem non conuenit alienis rebus noscendis ab-
sumere, sed servare ad usum necessariorum.

Vt turpe est ingredi domum alienam, aut introspicere. Ita tur-
pus est scrutari quid alii suæ domi faciant.

Vt admonuit Socrates cauendum ab iis eduliis, quæ illicerent
edendum etiam non esurientes, & a potu qui, ad bibendum
nuitaret etiam non sitientes. Sic fugienda sunt spectacula,

D. ERASMI ROT SIMILIA.

sermonesq; qui pelliunt sui desyderio eos, ad quos nihil attinent.
vt ulcus cruentat se ipsum, dum scalpitur. Ita curiositas & sua
mala studet cognoscere & dolorem accersit cognoscendi libido si
ue pruritus.

Quemadmodū admonet Xenophon, ut in rebus prosperis maxime meminerimus honorare deos, quo si quando incident necel sitas, audacter eos possimus accersere, ceu iam beneulos & amicos. Sic dicta quæ morbis animi queant mederi, multo ante comparanda sunt, ut cum opus est, facile succurrant.

I A M FAMILIARIA.

Vt canes feroce ad omnem uocem irritantur, ad solam notā, ac familiarem mansucent. Sic animi morbi qui sequunt, cōpesci non possunt, nisi dicta adsint nota familiariaq; quæ commōtis corripiant.

Qui naufragant inter nauigandū existimant se melius habitos, si ex scapha in liburnum, aut in triremē demigrant. At nimil agunt, cum secum circumferant timiditatē at bilem. Ita frustra uertunt genus uita, qui morbos animi lecum adserunt.

Qui laborant aquersa ualitudine, iis omnia sunt molesta, fastidiant cibos, inculant medicos, succensent amicis, at restituūta satis omnia reddit iucunda. Sic animo ægrotō quævis uita inserviūt, animo sano nullum uitæ genus non iucundum.

Vt calceus ad pedis formam torquetur, nō contra. Sic uita genitius cuique est eiusmodi, cuiusmodi sunt animi affectus.

Vt frustra purgatorias uale e fonte turbido. Ita nō potes aliis iucundus esse, aut rebus obeundis accommodus, nisi purgaueris animum malis affectibus.

Plato confess̄ hominis uitam ludo tessarum, quid iactu cadat, non est in nobis sicutum, at quod cecidit, recte disponere in nobis est. Sic euerus in nobis non est, quod obuenit, id in bonum uerte, re nostri inuenit est.

Vt corpus ægrotum nec aestum ferre potest, nec frigus. Ita animus ægrotus prosperis, atq; aduersis rebus iuxta offenditur.

Vt apis ex amatissimo thymo, suauissimum mel colligit. ita sapiens ex tristissimis rebus aliquid excerpt utilitatis.

EX PLVTARCHI MORALIBVS. XXXI.

Vt qui canem lapide petes, nouercam percussit, ne sic quidem, inquit, male. Ita quod prater expectationem euenit, in bonam partem uertendum est.

Vt medicus curans eos qui dentibus cruciantur, non tam contristatur aliorum malis, quam sua bona ualestudine gaudet, sed placidus eis apparet. Sic qui cupit aliena mederi iracundiæ, non debet ipse simul commoueri, sed placide tractare animum ægrotū.

Febricantibus amara uidentur omnia, at ubi conspexerimus alios eadem non fastidientes, iam non cibum, sed nos ipsos incipimus accusare. Sic desinemus inculare negotia, si uiderimus alios eadem hilariter ac lubenter obeuntes.

Sytæ quod est pessimum attrahunt. Sic quidam suis bonis nō fruuntur, sed malis expendendis discriutiantur.

Vt Chius ille uina optima emebat aliis, ipse uappam potabat. Sic qui omnia sua deprauat, nec suis ipsorum bonis fruuntur. Huius seruus interrogatus, quid ageret dominus, cum adsint inquit bona, querit mala.

Si pueris unum ludum auferas, reliquis omnibus abiectis plorant. Sic quidam si quid obtigerit dispensi, protinus irati, reliqua omnia commoda sibi redundunt iniucunda.

Vt quidam alienas picturas, statuas, poemata diligenter aspiciunt, ac singula excutiunt per otium, sua neglectui habent. Sic muliti alienas fortunas magis admirantur, suas oderunt.

Quemadmodum adulteri alienas uxores adamant, suas conténuunt. Sic quidam aliorum bonis magis delectantur, sua eleuant, aut etiam negligunt.

Vt uincti beatos iudicant solutos, soluti liberos, liberi ciues, hi rursum diuites, hi satrapas, satrapæ reges, reges deos, tonare pro pemodium ac fulgurare cupientes. Sic qui semper expendit, quāto sit aliis inferior, nunq̄ sua contentus est sorte.

In Olympiis non licet uincere, delecto aduersario. Sic in uita quæcunq; obtigit fortuna, eum ea luctandum est.

Vt floridum aulæum aliquando multa tegit sordida. Sic splendor & strepitus potentium, multas obtegit calamitates.

H iii Celig. li: n: 11: 31

mores a more
mores a more

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

Vt quibusdam cum foris, in foro, aut in curia conspicui sint ac splendidi, domi morosa uxor contristat omnem uitam. Sic regno, & diuitiis multa adsunt occulta mala.

Vt uelis utendum pro nauis magnitudine. Ita cupiditates pro facultate sunt moderanda.

Qui boue uenatur leporem, & aratro iaculatur, & sagena captat ceruos, si non allequitur, non potest accusare fortunam, sed sua ipsius stultitiam. Sic qui conantur quod non queant efficere, non debent incusare fortunam, sed sua, n dementiam.

Bos ad aratum adhibēdūs, equus ad currūs, ad uenatum canis, ut inquit Pindarus. Sic quisq; debet eam uitæ rationem capesse, re, ad quam natura sit appositus.

Qui studeat Plato esse doctrinā, dormire cum beata uetula, ut Euphorion, cum Alexandro potare, ut Medius, diues esse, ut Ilménias, uirtute præcellens, ut Epaminondas, doleatq; quod unus nō sit haec omnia. Perinde facit ac si moleste ferat, quod non sit leo montanus, & idem Melitaea catella in sinu uidua diuitis.

Vt qui cursu certant, nō discrūtiantur, cum uident coronas athletarum, sed suis oblectantur. Ita te non oportet aliena fœlicitate discrutiari, sed tua gaudere sorte.

Vt plures sunt qui lauare uelint, quam qui uelint inungi. Ita ad magis ardua, magisq; præclara pauciores confluunt.

Qui dolent, quod non excellant in omnibus, etiam diuersissimis. Perinde faciunt, ac si quis moleste ferat, quod uinea non ferat ficus, quodq; olea non ferat botros.

Vt feris aliis, aliud uictus. Sichominibus aliis aliunde uiuēdi ratio, aliis philosophatur, aliis militat.

Vt nausæ a leuibus locis veluti speculis, dilabuntur, asperis & cauis insident. Sic quidam bonorum obliiti, tristium memoriam urgent, ac premunt.

Vt est locus in Olyntho Thraciæ, in quæ si scarabeus inciderit, non possit exire, sed distorquens se immoritur. Sic quidam malorum suorum memoriae immoriuntur.

Vt in pictura quæ splendida sunt, oculis sunt obiicienda, cælan-

EX PLVTARCHI MORALIBVS XXXII.

da si qua mala quæ deleri non queant. Sic in uita, bonorum contemplatione, obscuranda malorum memoria.

Vt in Musica graues acutis sic miscenf, ut concentū efficiant. Ita bonis & malis utédū in uita, ut ex utrisq; uiuendi ratio teperet.

Vt grammaticus non solum uocalibns utitur, sed & consonantibus, tenuibus, aspiratis, grauibus, longis, ut modulata sit oratio. Sic in uita nihil purum

Vt Musici duriores harmonias aliis obscurant modulationibus. Sic in uita si quid accidit præter animi sententiam, meliorū collatione est obscurandum,

Vt flamma excitata uento, maior est ac uehementior, sed parum durabilis ac constans. Sic uehemens cupiditas ob metum adiunctum, incertam habet uoluptatem.

Dissimile.

Gubernator etiam si multum conducit, tamē non potest sedare uentos & undas. At ratio, ac mentis habitus non solum animi motus componit, uerum & corporis morbos sape leuat.

Vt qui per febrim aut epialum, horrent atq; æstuant, grauius afficiuntur iis, qui eadem foris patiuntur. Sic fortunæ res, quod foris adueniant, minus disruptant, quam ea quæ sunt animi.

Vt si fons ipse turbidus sit, quicquid inde fluxerit, nō potest esse purū. Sic animus si sit infectus malis affectibus, omnia uitiat quæ accedunt. contra si purus & tranquillus.

Vt qui thus tundunt, etiam si purgetur, tamen odorem in multum tempus referunt. Ita animus diu uersatus in honestis negotiis, diu seruabit iucundam memoriam, qua fretus cōteinnet eos, qui uitam ut miseram deplorant.

Vt multa agrestia subnascentia in agro, mala quidē ipsa sunt, sed tamen signa felicis atq; uberis soli, si quis excusat. Sic animi affect⁹ p se mali, arguit igitū nō malū, si accedat recta iustitio.

EX SENECA.

Vt qui se meminerunt inquilinos esse, & in conducto habitare, & modestius se gerunt, & minus grauatum exeunt. Ita qui intelligunt domicilium corporis ad breue tempus a natura easf: bella

D. ERASMI ROT. SIMILIA

conmodatum esse, & uiuunt temperantius, & libertius moriunt.

Vt fœlitior est, quem uentus acrior cito in portū pertulit, quā quem uenti segnes, & longa tranquillitas lentissimo tedio delassa runt. Ita fortuhatior, quem festinata mors statim his uitæ malis eximit.

Quemadmodū nauigantibus, terræq; urbesq; recedunt. Sic rapidissimi temporis cursu, primum pueritiam abscondimus, deinde adolescentiam, deinde senectutis optimos annos.

Vt qui serius exiuit, cursus celeritate penet ac farciat oportet. Ita qui serius ad bonam uitam, aut literas accessit, diligentia reportet necesse est, superioris cessationis iacturam.

Animalia quædam circa cubilia confundunt uestigia, ne queant inueniri. Sic nobis cælandum bonum nostrū, quo tutius sit.

Vt in aperto posita & exposita negliguntur, ac prætereuntur, abstrusa petunt insidiis. Ita qui nulde latet, & a uulgo semotus est, in huius uitam inquirunt homines.

Demetrius uitam perpetuo tranquillam, & sine ullis fortunæ incursionibus, mare mortuum uocauit.

Vt sol minora obscurat lumina. Ita ad uirtutem reliqua comoda nihil habent momenti.

Vt nihil adfert momenti nimbus in mare decidens. Ita fortunæ incommoda nihil inuent sapientem.

Poma quædam suauiter acerba sunt, & in uino nimium ueteri delectat & ipsa amaritudo. Sic amicorum defunctorū memoria mordet animum, sed non sine uoluptate.

Supra modum deditus uino, secum quoq; exorbet. Sic admodū uitæ auditus, qui ne extrema quidem senecta uult mori.

Vt in eundum annum nemō bis descendit. Sic ob rapidum cursum uitæ, homo ad singula momenta aliis est.

Vt latronum genus, quod Aegyptii Philistas uocant, in hoc am plectuntur, ut strangulent. Sic uoluptates dum blandiunt, necant.

Iumenta quorum in aspero indurata est ungula, quamlibet patiuntur uitam, in palustri-pascuo saginata cito subteruntur. Sic animus duris rebus assuetus minus offenditur.

EX PLUTARCHI MORALIBVS XXXIII.

Vt alia uestis magis sapientem decet, quam alia, cum nullam
oderit. Sic magis congruit hoc aut hoc loco uiuere.

Dissimile.

Alia remedia cum administrantur tristia, post sanitatem denique
delectant. Philosophia pariter salutaris est & dulcis.

Robora in rectum quamvis flexa reuocabis. Curuata trabes
calor explicat, & aliter naturae in id singuntur, quod usus noster exi-
git. Quanto magis animus accipit formam flexibilis, & omni
humore obsequenter.

Quemadmodum stultus est, qui equum empturus, non ipsum
inspicit, sed stratum eius ac frenos. Sic stultius, qui amicum
asciturus, eum & uestitu, aut opibus estimat.

Vt grandio illata tectis dissulcat, magno quidem fragore, uerum
nulla noxia. Sic insultus fortunae nihil potest in sapientem.

Vt præstigiatorum fraudes fallunt, & cum uoluptate. Sic so-
phisticis argutiis capi ridiculum est, non periculorum.

In labyrintho properantes ipsa implicat uelocitas. Sic qui ui-
tae commodis fludent, magis inuoluuntur incommodis.

Nauis in fluvio magna, in mari parua est. Sic mediocres ali-
bi, alibi uidentur insignes.

Avis qua pluma tantum tenetur, minimo dispendio potest
aufugere. Sic opes non debet nos remorari a studio sapientiae.

Serpens etiam pestifera dum frigore torpet, tute tractatur,
non quod desit uenenum, sed quod non possit explicare. Sic qui
busdam ad eximiam malitiam vires deflunt, non animis.

Vt Phoenix non nisi quingentesimo anno nascitur. Ita insig-
nium uirorum rarus est prouentus.

Non faciunt equum meliorem aurei freni. Nec hominem me-
liorem fortunæ ornamenta.

Radii solis & si contingunt terram, tamen ibi sunt unde mit-
tuntur. Sic sapientis animus, tametsi versatur hic, tamen apud
suam originem est.

Qui nimium incitatus fertur, non ubi uult, sicut se, sed longius
effert quæ uelit. Sic nimis in dieudo celeritas, temere rapit;

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

Vt legetem nimia sternit ubertas, rami onere franguntur. Sic animos immoderata rumpit felicitas.

Flamma nec premi potest, nec quiescere. Sic animus natuuo impetu fertur ad honestam.

Semen licet exiguum, tamen locum nactum idoneum uires suas explicat, & ex minimo in maximos actus diffundit. Sic ratio sapientiae paucis coabit uerbis, in opere crescit.

Vinum quod in dolio placuit, non fert atatem, quod recens dum est, & alperum, postea placet. Sic adolescentia durior matuerit, & ad frugem peruenit.

Qui multis negotiis distrahitur, ueluti lacus est ad quem a multis concurritur, qui eum & exhauiunt & turbant.

Non est admirationi una arbor, ubi sylva tota in altu surrexit. Sic non animaduertit una sententia, cum passim omnia referata sunt sententiis, sed si raro incidat.

Ignis qui ualeantem materiam occupauit, aqua & interdum ruina extinguedus est. ille qui alimentis deficitur, sua sponte subsidit. Sic facilis est mors senum.

Gladiator tota pugna timidissimus, cum moriendum est, fortiter aduersario iugulum praefstat, & errantem gladium sibi attenperat. Sic mox admota etiam imperitis animum dedit, ut presentem fortiter ferant, qui, cum procul abesse, formidabant. Magnus gubernator, & seipso nauigat uelo, & si exarmauit, tamen reliquias nauigii aptat ad cursum. Sic in corpore parum felici ac deficiente, tamen fortis animus sui similis est.

In naui quae sentinam trahit, uni aut alteri rimae obstitutur, ubi plurib⁹ locis laxari cœperit, succurri nō potest nauigio dehiscenti. Ita in senili corpore, aliquatenus fulciri potest imbecillitas. uerū ubi totum collabi cœperit, nihil agitur remediis.

Vt putri & ruinam minanti ædificio non adhibentur fultura, sed circumspiciendum ut exeras. Ita defecto corpore demigrandum est uita.

Vt si quis uaria spargat, necesse est ut aliqua prouenant. Sic omnia tentanti quedam succedunt.

EX SENECA

XXXIII.

Vna tuis non facit phthisim, sed in morem adducta. Ita error non statim gignit animum morbum.

Vt ægrotus non querit medicum disertum, sed sanandi peritū. Sic a philosopho non requirimus orationem phaleratam.

Philosophus etiam eloquens, perinde est quasi si bonus gubernator etiam formosus sit.

Vt in corporibus morbus segnitie & lassitudine præsentitur. Sic infirmus animus, priusquam opprimatur malis, præsumptione quatitur.

Vt semina bona, si in solum bonum inciderint, similia origini proueniunt, eadem humū sterilis ac palustris necat. Sic philosophia præcepta, si in bonū, aut prauum animū inciderint.

Non continuo melior gubernator, cui pueritius ac maius sit nauigium. Ita non est melior vir, cui fortuna splendidior,

Dissimile.

Ex congiario epulo, aut uisceratione, tanto minus redit ad singulos, quanto in plures distribuitur. Non idem accidit in bonis animi, quæ tota adsingulos pueniunt, nec cōmunicatiōe minūtū.

Vt plus debet Neptuno, qui merces preciosissimas deportauit. Sic plus debet principi, qui trā quillitatē, & pacem publicam nō in uoluptatibus, sed honestissimis studiis consumit.

Canis quicquid exceptit, protinus deuorat, & semper ad spem futuri hiat. Ita quod expectantibus fortuna proiecit, id sine ulla uoluptate demittimus, statim ad rapinam alterius erecti.

Vt libri quos non euoluas, situ cohærescent. Ita memoria eius nescit, nisi subinde renoues.

Lana quosdam colores statim imbibit, quosdā non nisi sapientia mācerata recocita. Sic alias disciplias ingenia cū accepere, p̄tin⁹ p̄stat. philosophia nisi alte descēdit, & diu sedet, nō colorabit animū.

In aquam demissa quædam, cum sint rectissima speciem curui præfractiq⁹ uisentibus reddunt. Ita si de rebus perpetiā iudicam⁹ nostrum est uitium, non rerum.

Quærimus nonnunquam eos, quibuscum stamus. ita quidam quod sciunt, se scire nesciunt.

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

Quemadmodum pernitosior hostis fugientibus. Sic grauius est incommodum si cedas, ac des terga.^{fors}

Quó fabula, sic uita, non quádiu, sed quam bene acta sit, refert.

Vt ictum quem prauideris, commodius excipis. Sic praece-
gitatum malum minus offendit.

Vt histrio non est fœcior, quod in scenis adornatus, rex aut deus uideatur. Sic nēc homo fortuna muneribus, quandoquidē suis bonis estimatus, nihil est.

Vt putilio, etiam si in monte constat, pusillus est; Colossus etiam si in puto, magnus. Ita sapiens in quacumq; fortuna suis bonis magnus est, stultus & in summa fortuna humiliis.

Quemadmodum reus paribus lenitetiis absolvitur. Sic sapiens ubi paria maleficiis merita sunt, magis meminit benefactorum, q̄ iniuriarum.

Dissimile.

Illud uenenum quod serpentes sine sua pernicie continent, in alienam effundunt. At malitia maximam sui ueneni partem bibit ipsa.

Dissimile.

Creditori præter fortem extra ordinem numeramus, beneficiorum autem usum esse gratuitum iudicamus, & illa crescent mo-
ra, tantoq; plus soluendum est, quanto tardius.

Vt post malam etiam segetem serendum, ut post naufragium tentantur maria, ut fœheratorem a foro non fugat coactor. Ita beneficium denuo collocandum, etiam si semel incideris in hominem ingratum.

Fucata facies nec diu nec multis imponit. Ita simulatio, non nisi ad tempus, & paucos decipit.

Vt umbra nos uel inuitos comitatur. Ita gloria uirtutem sequitur, etiam fugientem.

Vt umbra aliquando antecedit, aliquando sequitur. Sic qui busdam statim contigit fama, quibusdam post mortem. deniq; ea quo longius sequitur, hoc magis esse solet.

Vt nec mundus crescit, nec sol, nec luna, nec mare. Ita pares sunt omnes sapientes.

Vt oculi diutino morbo difficiles facti, quouis solis radio offen-

EX PLVTARCHI MORALIBVS. XXXV.

duntur. Sic uitia, multa & assidua contracta temulentia durant
& sobriis.

Vt dolium efferuescente uino rumpitur, & quod in imo est, eru-
itur in lumen. Sic ebrietas abditissima pectoris profert.

Quemadmodum operati mero, non continent cibum. Ita nec
arcandum redundante uino.

Vt æque mortuus est, qui conditus est in odoribus, & qui trahit
unco. Ita æque sunt infelices, & qui uoluptatibus indulgent, &
qui ambitionis negotiis uacant.

Vt bonus artifex & quavis materia simulacrum fingit. Ita sapi-
ens quantius fortunam semper administrabit.

Vt initia morborum quamvis leuia serpuit. Ita si uitia & affe-
ctus uel leuissimos semel admittas, crescunt & augescunt.

Vt quedam feræ etiam domita, tamen subito ad feritatem ha-
tiuam recurrent. Ita nunquam bona fide uitia mansuescunt.

Vt nullum animal nec nite, nec ferum paret rationi, qua ca-
ret. Sic nullus affectus.

Qui sibi comparatione deteriorum bonus uidetur. Perinde est
ac si quis ad claudos respiciens, suam miretur uelocitatem.

Vt e diuersis uocibus constat chorus. Ita uariarum disciplina-
rum mixtura constat eruditio.

Qui imitatur auctores, dabit operam, ut similis illis sit, quem-
admodum filius similis est patri, non quædamq; imago picta.

Vt e diuersis numeris constat uans, summa illorum in se co-
plete. Sic e diuersis conflatur eruditio, iam tua, non aliorum.

Cibus innatans stomacho, onus est, non cibus. idem mutatus,
in vires & sanguinem transit. Sic quæ legeris, si solida durat in me-
moria, aliena manet. si abeat in ingenio, tum reddut eruditio.

Apes e uariis uarios colligunt succos, sed eos suo spiritu mutat
ac digerunt, alioqui non factura mel. Sic eliolueendi sunt auto-
res omnes, sed quod legeris in tuum usum transformandum,

Aliibi diligenter expenditur, non quid habeat quisq;, sed quid
habeat suū. Itidem hominē suis propriis bonis oportet estimare.

Vt egregius artifex, non in una materia artifex est. Sic sapiēs

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

in quauis fortuna se bene gerit.

Quemadmodum fures alienis poculis ansas mutant, ne possint agnosciri. Ita nonnulli de alienis inventis paululum quiddam immutant, ac sibi usurpant, & detractis aut additis pauculis uerbis, existimant se unum uideri posse, quod est alienum.

Vt sydera contrarium mundo iter intendunt. Ita sapiēs aduersus opinionem omnium uadit.

Cum potentes imperio æditi, & consensu seruictium ualidi, nocere intentent, tam citra sapientem omnes eorum impetus deficiunt, q̄ qua nero, tormentis ge in altum exprimitur, cum extra uisum exierunt, citra cælum tamen flectuntur.

Adicte illos, qui non aliter q̄ quibus difficultis somnis ueriant se & hoc atq; illo modo componunt, donec quietem lassitudine inueniant, statim uitæ sua formando, subinde in eo nouissime manent, in quo illos non mutandi odium, sed senectas ad nouadum pigræ deprehendit.

Nihil ergo magis præstandum est q̄ ne pecorū ritu sequamur antecedentium gregem, per gentes non quo eundū est, sed quo it.

Vt in magna strage alius alium trahit in ruinā. Ita in publico errore, alius alium secum trahit ad perniciem.

Vt qui in ludo uersantur gladiatorio, cum iisdem uiuant ac' pugnant. Ita uulgas hominum inter se dimicat, & alius alium spoliat uel amicissimum.

Vt feræ mutuo laniata uiuunt. ita quisquis potentior malo inferioris ditescit ac erescit.

Vt qui per spinosa ingrediuntur loca suspensis pedibus eant necessitate est. Ita de rebus friuolis, aut molestis loquenti, breuiter est transiliendum ad uberiora, gratioriaq;.

Vt qui spinas habet in pedibus, ubiq; spinas calcat. Ita sterili in genio omnis materia sterilis est.

Vt qui in alieno habitant, multis anguntur incommodis, semperq; de aliqua domicili partē queruntur. Ita animus nunc de capite, nunc de pedibus, nunc de stomacho, nunc aliud de alio querit significans se nō esse in suo domicio, sed unde breui sit emigrandum.

EX SENECA

XXXVI.

Quod est sicut in seculorum etiam in aliis non possumus
ut sentimus quod est sicut in aliis non possumus

Vt montium proceritas minus apparet procul intuentibus, ubi
 accesseris, tum apparet q̄ sint in arduo. Ita nemo prospicit q̄ excel-
 sus sit animus philosophi, quantumq; supra res om̄nes humanas
 emineat, nisi proprius contempleris, & imitatione ad illum accesser-
 sis.

Quemadmodum spiritus noster clariorem sonum reddit, cum
 illum tuba per longi canalis angustias tractum, patenti ore nouis
 simus effudit. Sic sensus nostros clariores affecta carminis necessitas
 efficit, eadem negligentius audiuntur, minusq; percutiunt, quam
 diu soluta oratione dicuntur. Potest trahi & huc, ut si quis dicat fa-
 mam uirtutis clariorem existere, si diu rebus adversis oppressa, tan-
 dem emerget.

Vt qui in solem uenit, licet non in hoc uenerit, coloratur, & qui
 in unguentaria taberna refederunt, & paulo diutius comorati sunt
 odorem loci secum ferunt. Ita qui cum sapiente cōsuetudinem ha-
 bent, etiam si non hoc agant, tamen redundunt meliores.

Dissimile.

Tempesta minatur ante quam surgat, crepat adficia ante qua
 corrunt, prænunciat fumus incendium. At subita est ex homine
 pernicies, & eo diligentius tegitur, quo propius accedit.

Vt in corpore latet animus, unde uim & impetum sumant oia
 & mysteria, quæ est sacrorum pars optima, nō patent nisi initiatis
 Ita philosophia precepta nota sunt omnibus, id uero quod in ea
 est optimum, latet.

Vt quosdam uxoris magno ambitu ducta torquet. Ita quidam
 magnis laboribus accerunt, magno futura malo.

Vt puerorum, dum primum discunt scribere, digitæ tenentur,
 & aliena manu per literarum simulacra ducuntur, post iubentur
 imitari propositum. Sic primum animus ad præscriptum adiuue-
 tur oportet, donec incipiat per se philosophari.

Vt minuta quædam animalia, cum mordent, non sentiuntur,
 tumor indicat morsum, & in ipso tumore nullum uulnus apparet.
 Ita bonorum cōsuetudinē prodesse nō deprehendis, sed profuisse.

Domine salvator mundi
D. ERASMI ROT. SIMILIA

Vt primum est expurganda bilis, unde nascitur insanias, deinde monendus homo, alioqui qui furiosum admoneat, quomodo debet procedere, quomodo se gerere in publico, furiosior sit ipso furioso. Sic primum animus est liberandus falsis opinionibus, postea tradenda praecepta philosophiae.

Vt qui ex claro sole redierunt in umbram, his caligant oculi.
Ita qui a diuinorum contemplatione, ad humana recidunt.

*Colamus verbi
de foecitate
Consolamus nos
Liberemus nos
ex alto*
Vt medici uerant admoneri remedia, cum morbus in accessu est, ac se uexit, sed cum se remittit. Ita ad primos illos iras aut doloris moctus, non est adhibenda consolatio uel admonitio, sed ubi tempore coepерint esse leuiores.

Vt apparatus scena, quia commodato datus est, statim redditur, & sine querela. Ita quicquid in uita contigit magnificum, siue serius, siue mox a fortuna repetatur, aequo animo reddemus, si his tanquam commodatiis utimur.

Vt qui uariis tempestatisibus huc & illuc iactatus est, nec tamen peruenit, non multum nauigauit, sed multum iactatus est. Sic qui diu uixit nec profecit ad bonos mores, non diu uixit, sed diu fuat.

Generosus equus melius gestabit sarcinam quam ignavum tametum, nemo tamen imponit. Ita magna ingenia sunt quidem & ipsa idonea functioni mutantur, sed indigna quae tam sordidis occupationibus onerentur.

Vt sydera mundi, si uel paulum subsistant, aut aberrent, summo id omnium malo fiat. Ita principi cesare non licet. quod si facit magna rerum humanarum pernicie fit.

EX LVCIANO, XENOPHONTE, AC

DEMOSTHENE.

Vt histriōes Herculem in lycis, aut Agamenonem representes personati, auro amicti, toruum tuentes, & late hiantes, tenuem & exilem aduentu nocem. Ita quidam in dialogis faciunt Platonem, aut magnos uiros loquentes, quorum pondus non possint ingenio tueri.

Bona fabula aliquando exhibilatur, uitio histriōnis male agens.

tis. Ita bona oratio displaceat, si quis parum apte referat.

Vt Mōnus tauri opificem deum carpit, quod non præposuis-
set oculos cornibus, ubi maxime erat opus. Ita perperam faciūt,
qui coronas in uertice ponunt, cum sub naribus magis adponi con-
ueniat, ut plurimum voluptatis ex odore possint haurire.

Vt non omnes insaniunt, qui Phrygiam audiunt tibiam, sed hi
dunt taxat, quos Rhea corripuit. ita non commouentur philoso-
phia laudibus, nisi qui ad eam natura sunt propensi.

Quod tibia sunt ignarisi musices. hoc opes his, qui nesciunt uti.

Vt qui primo musicen discunt, citharas aliquot perdunt & ob-
terunt. ita magno reipublicæ malo administrat magistratum, q
rudis accedit & imperitus.

Vt bilanx in eam uergit partem, unde plus accipit. Sic qui-
dam nunc huic, nunc illi fauent, qui plurimum det, non cuius cau-
sa sit optima.

EX ARISTOTELE, PLINIUS, THEOPHRASTO.

Ex omni genere curiositas hominum signa collegit instantis tē
pestatis. At multo magis conueniebat hac uti diligentia in co-
sultationibus, ut obseruat experimentis conscient, quid malo-
rum ex uno quoq; perperam instituto consequatur.

Vt cœlo quamvis sereno, nubecula quamlibet parua uentum p
cellosum dabit. Sic rebus admodum pacatis, ex minimo diffidio,
grauissimi rerum motus subito exoriuntur.

Vt ranæ ultra iolitum vocales tempestatem significant immi-
nentem. ita cum plurimum ualeat apud principes oratio malorum,
bonis tacentibus, tum instar rerum perturbatio.

Echinus præsentiens tempestatem, aut affigit se, aut harena
saburrat. ita cum imminet fortuna tumultus, animus est philoso-
phæ præceptis confirmandus.

Vt imperiti tempestatem non sentiunt nisi sero, suoq; malo, co-
tra prudentes agricola prospiciunt, caueantq;. ita uulgas hominiū
imprudenti suo malo discit, cum interim uir sapiens procul præ-
uisum malum uiter, ut Democritus metente fratre ardentissimo.

Democritus metente fratre ardenti
politus pectora sanguis ut liberior

K pli: l. 10: cap. 35.

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

æstu, monuit ut reliquæ segeti parceret, raperetq; defecta sub te-
ctum, patetis mox horis saeuo imbre uaticinatione approbata.

Quemadmodum non raro fit, ut cœlo maxime sereno saeuio
imber subito coagatur. Ita rebus maxime prosperis ac lœtis, sa-
penumero gravissima rerum incidit perturbatio. l. 1. v. 123. l. 9. p. 202.

Cum æstate uehementius tonuerit q; fullerit (ut inquit Plinius)
uentos denunciat. Ita ubi quis uehementer inclamat in aliorum
uitia, ipse non perinde lucens morum integritate, iudicium est ani-
mi magis ambitionis uento tumultus, q; solide pii.

Delphini tranquillo mari laetiuentes, flatum quā ueniunt par-
te denunciant. ita cum exultant improbi, tolluntq; feso, rerum hu-
manarum tempestatem instare significat.

Diffimile.

Sol, luna, stella mare, terra, arbores, herbae, bruta, & in his apes,
formicæ, conchæ, deniq; lucernæ, tempestatem præsentient. Sol⁹
homo sua mala non præsentit, neq; prospicit.

Cum bruta solitam naturæ morem relinquunt, tempestatis in-
dicib⁹ est, hoc est, cum mergi fugiunt maria aut stagna, cum ab-
sconduntur formicæ aut oua progerunt, lumbri & terra fugiunt,
tempestatis prælagium est. ita cum audient facinoröli, tacent in-
tegri, sapit uulgus, despiciunt principes, facerdotes pro terrenis di-
gladi antur, perniciem humanae uita significat.

Vt Pyrites gemma non aperit uim igneam, nisi si atteras, tum
enim digitos adurit. ita quorundam malitiam non sentias, nisi
cum illis consuetudinem aut commercium habueris, aut non sen-
tias philosophia uim, nisi exercueris. ita sticcina attritu uim attra-
hendi & odorem produnt.

Vt scarabæum, aut uiperam, aut araneam in gemma redditam
& imitatam a natura (nam id uidemus esse factum in nonnullis)
non horremus, sed amplectimur, effigie delectati. Sic uitiorum
eruditæ pictura delectamus in Historicis ac Poetis.

Quemadmodum gemma Chalazias, etiā si in igne coniiciat, tñ
natuum frigus suum retinet. ita quidam sic frigent ad literas ac
virtutem, ut nullis exemplis, aut hortatibus inflammare possis.

Sicut Alexander Magnus uetus, ne quis se pingeret præter unū
Apellem, aut ne quis se fingeret are præter Lysippum, aut gemma
sculperet præter Pyrgotelem, summos uidelicet artifices. ita nō
conuehit C H R I S T V M a quoquis prædicari, aut uirtutem a
quoquis laudari.

Vt gemma minutula quadam res est, sed ingentibus tamens
xis anteponitur. Sic homo pusillus, sed ingenio ualens. aut sic
philosophia, seu uitius ostentatione minimum quiddam est, sed
precio maximum.

Vt arā Corinthia casus fecit, & pictoribus illis, equi & canis spu
mam, quam ars assequi non potuit, casus expressit. ita multa forte
obtingunt, quæ nullo consilio potueris effigere.

Nemo tam insanus, ut uel e Neronis capidine, quā Plinius tre
centis lefftis aestimat, uenenum bibere malit, q̄ e Samo uascu
lo uinum innoxium. ita qui sapit, malit salubria præcepta uiuen
di qualicunq; sermone proposita, q̄ pestiferas opiniones ab elo
quentissimo scriptore haurire.

Vitrum mire crystallum imitat, res uulniflma rem lōge p̄ciosi
simā. ita asperatio amicitiam imitat, res p̄fima longe optimā.

Vt crystalli fragmenta sarciri nullo modo possunt. ita difficil
limum eos reconciliare, qui ex arctissima familiaritate in mutuū
odium uenerint.

Vt natura gēmas altissime recondidit, uilia paſſim obuia sunt.
Ita quæ sunt optima, paucissimis nota sunt, nec nisi summo studio
eruuntur.

Vt succina paleas ad se trahit, magnes ferrum, chrysolcolla au
rum. Ita quisq; asciscit sibi suis aptū moribus.

Vt indomita uis adamanti, unde & nomē additū gemmā, adeo
ut nec caleſcat igni, nec ferro cedar, quin magis iustum ita respues,
ut ferrum simul & incudes dissiliant. Sic sapientis animus aduer
sus omnem fortunæ ſauientis impetum invictus.

Quemadmodum adamas aduersus omnia invictus, hircino san
guine eoꝝ calido ac recenti piaceratus, malleo frangitur. Ita quæ
dam ingenia nulla ui petuincas, blanditia emollienda sunt.

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

Adamas una re mollescit ad ictus ferri, aliás indomitus, ita nul-
lum est ingenium tam feru, quod non aliqua rōne queat expugnari,
Quemadmodum si ferrum inter adamantem ponas & magne
tem, diuerso nisu, nunc huc, nunc illuc fertur. Ita dubius animus
nunc ad honesta rapitur, nunc ad diuersa trahitur affectibus.

Vt adamas si iuxta magnetem ponatur, non patitur abstrahi
ferrum, aut si admotus magnes apprehenderit, adamase diuerso
rapit, atq; aufert. Ita pecuniae studium dissidet eum Christiana pi-
etate, & modis oib⁹ auocat, nec sinit adhærescere Christo.

Sicuti Nero p̄iceps gladiatorum pugnas Smaragdo spectabat
Ita quidam malunt ditioni imagines q̄ ipsos diuos aio cōtéplari.

Vt ferrū aut chalybs, cetera quidem duritie rigore q̄ superat,
ab adamante uincitur. Ita res quidem potens est amor in liberos,
sed hunc quoq; superat pietas in deum.

Vt adamas si frangi contingat malleis, in minutissimas dissilit
erustas, adeo ut uix oculis certi queant. Ita arctissima necessitudo
si quando contingat dirimi, in summam uertitur similitatem, &
ex arctissimis fœderibus, si semel rumpantur, maxima nascuntur
dissidia. Aut supra modum incandescit semel yulta lenitas.

Sicut animantia quædam etiam corporis partes amputant, ob
quæ periclitari se seculunt, ueluti fiber. Ita sapientis est aliquando
facultatum iactura, ut & consulere.

Tenuior
Opalum
Quemadmodum in opalo gemma, multarum gemmarum do-
tes eminent. nempe carbunculi tenuior ignis, amethysti fulgens
purpura, smaragdi uirens mare, cunctaq; hæc pariter incredibili
mixtura lucentia. Ita multorum uirtutes in uno hoc eminet, aut
in sacris literis simul inuenitur, quicquid apud ullos Ethnicos scri-
ptores placere potest.

Opalum gemmam indiscreta similitudine adulterant Indi ex-
perimentum in sole tantum. Ita uirtutes quædam uitia sic imita-
tur, ut difficilimum sit dignoscere, nisi ad suminā lucē proferant.
Carbunculi ignis & nomen & speciem habent, cum ignem non
sentiant, unde & Apyrustæ dicti. Ita quidam pietatis opiniohem &
imaginem obtinent, cum a re sint alienissimi.

autem
antiquior

EX ARIST. PLIN. THEO. XXXIX.

Anthraciti carbuncularū generi peculiare est, ut coniectus in ignem, uelut intermortuus extinguitur, contra aquis perfusus exar-
descat. Ita quosdam contraria mouent, si exhorteris magis lang-
uescunt. si dehorteris, magis accenduntur. si bene merearis, red-
duntur inimici. si male pluris te faciunt.

Iris gemma non nisi in opaco reddit colores arcus coelestis, nec
ita ut ipse habeat in se, sed parietib⁹ illidat, in sole coloribus caret.
Ita quidam uaria uirtutum simulacra prae se fert, sed in obscurō
& quod in se non habent, tamen in aliorum animis ueluti repræ-
sentant ac gignunt.

Vt his gemmis summū est p̄cium, quæ non modo uarietate co-
lorum delectant oculos, & nares odore, uerū etiam ad rethedia
sunt efficaces. Sic his libris summū est p̄cium, qui non solū habet
orationis illecebras, uerum et salubribus praeceptis nos liberant
animi uitii.

Vt quidam gemmas quosdam secum ubiq̄ circumferunt aduer-
sus morbos, maleficia, ebrietatem, tonitrua, ruinās, ceteraq̄ mala
ita quædam philosophia decretā semper ad manū habendā ad-
uersus incursuros animi morbos, libidinem, iracundiam, ambitio-
nem, auaritiam, & his consimiles.

Draconites nec poliri potest, nec artem admittit, alioqui elegas
ac translucens. Ita diuina scriptura habet nitorem, nec artificium
philosophia aut rhetorices admittit.

Quædam gemmæ acetō maceratae nitescunt, pleræq; melle de-
costa. Ita quosdā meliores reddit acris obiurgatio, quosdam ad-
monitio blandior.

Facilius insculpes gemmis quæ uoles, si terebra ferueat. ita ma-
gis mouebit orator, si non solum acriter dicat, sed ferueat, & amet
id quod laudat, oderit quod uituperet.

In Chio, Diana facies est in sublimi posita, cuius uultus intran-
tibus tristis, exeuntibus exhilarata uideat. ita sordidi quidam adeū-
tem amicum tristes accipiunt, timentes ne quid petat, aut ne sum-
ptum adserat coniuua, at alactes dimittunt abeuentem.

Vt ingentes obelisci magno quidem negocio statuunt & collo-

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

cantur ob immensum molis pondus, sed collocati semel, infinitis durant seculis. Ita arduum est uirtutis aut sapientiae parare famam sed parata nunquam intermoritur.

Vt ingentia pondera, quae nullis hominum uiribus tolli possunt machinis facile tolluntur. ita quod uinequeas efficere, ratione & arte facile efficias.

Vt obeliscis prægrandibus tantum ferme substernitur intra terram, quantum extat, ut imitoti consistant, ita semper manus fame magna firmaque fundamenta sint, oportet

Stulte reges ægyptiorum operam populi ac pecunias in substruendis pyramidibus consumebant, qua nihil habebant prater stultam & ocio lam ostentationem, cum idem in rebus utilibus fieri potuerit, ita quidam elaborant in difficultimis ceterū infrugiferis, ipsi pectorū existimantes, quod in labore negotio uersantur.

Sicut Pyramis quæ Rhedope meretricula Aegopis coherua construxit pecunia corporis quæstu collecta, maiori miraculo famaque fuit, q[uod] ceteræ regum pyramides, ita vehementius miramur, si q[uod] recte faciunt, a quibus tale nihil expectabatur, ueluti si quis Hollandum uideat peritum equitem, aut frugalem Anglum, aut Theologum eloquentem.

Vt labyrinthos non oportet ingredi sine filo, quo securus positis redire, ita non est suscipiendum negocium, nisi prius perspecta ratione, quæ te possis inde rursus explicare.

Vt in admirabilis operibus, sed inutilibus, maior est laus artificis eni[m] arte res correcta est, q[uod] regis, cuius impendio, ita belli gloria maxima ex parte penes militem est conductitiu[m], quorum industria geritur res, minima pars ad reges reddit, qui aliena etiam pecunia militem conducunt.

Vt Diana Ephesiæ templum uiginti annis a tota Asia tot regum impendio, tot artificum ingenii confectum, Herostratus obscurus homo nocte una poterat exurere. ita facilimum est urbes egregias bello demoliri, aut adficare difficultimum:

Quemadmodum adficia in palutri solo posita, nec terramotu quantiuntur, nec hiatu absorbentur, ita humilis fortuna non est maximis malis obnoxia.

Sicut Echo non sonat, nisi cum reddit acceptam uocem. ita nō nulli quicquid in ipsos dicitur, in alterum regerunt. aut non habet quod dicant, nisi dicta referant aliena.

Vt Olympiae porticus uocem acceptam arte septies reddit, unde Heptaphonon oppidanu uocant. ita quosdam si uno tāgas conuictio, sexcenta regerunt, aut si paucis ad loquendum prouoces, gariendi finem non faciunt.

Vt magnes non quiduis ad se trahit, sed ferrum dyntaxat, cum sint alia multo leuiora. ita quorundam oratio non mouet oēs, sed iam propensos ad id, quod illi suadent.

Vt quidam magnetes ferrum attrahunt, at Theamedes, qui in æthiopia nascitur, ferrum abigit, repuitq. ita est Musices genus, quod sedet affectus, est quod incitet.

Vt magnes occulta quadā & incognita uiferrū ad se trahit. ita sapientia secreta quadā ratione trahit ad se aīos hominum.

Vt equus strigolus impudatur non equi culpe, sed equi onibus, ita populus male moratus, episcopis aut principibus.

Vt magnes ad se trahit omne ferrum, sed æthiopicus magnetē quoq. alium ad se rapit. ita rex populū quo lubet, cogit.. At ingēs aliquis rex etiam regibus ceteris uim facit.

Vt gagates aqua infusa incenditur, oleo restinguuntur, ita quidā quo magis roges, magis frigelunt. si negligas, ultro capiunt. Aut sunt quos officiis alienes, neglectu prouoces ad amorem.

Vt lapis e Scyro fluctuat integer, sicut comminutus. Sic res dis cordia pessum eunt, concordia sustinentur.

Siphnus lapis oleo excalfactus durescit, alioqui mollissimus. Ita quosdam benefactis reddas deteriores.

Quemadmodum de Carthaginensis dictum est, quod ad te et a pice, ad uina calce uterentur. ita quidam præpostere rebus utū tur, amicis asperi, supplices inimicis. Carthaginenses pice linebāt parietes, cum uala picari soleant, & musta calce condiebant, auctor Plinius.

Calx aquis accenditur. ita quosdam contraria mouent.

Cypso madido statim utēdū, quod celerime sicce, ita statim

se movent.

D. ERASMI R. O. T. SIMILIA

finienda literis ac moribus artas radis, priusquam durior non admittat fingentis manum.

Dissemile.

Gyplum etiam iam induruit, tamen tundi rursum, & in farnam resolu potest. Simul atq[ue] semel induruit ingenium adulescētis, aetate uitiisq[ue] non potest refingi.

Vt uitrum quia pellucidum, nihil cælat. Ita quidam nihil tege gare, nihil dissimulare norunt, quicquid in animo est, id protinus omnibus palam est.

Vt iis qui cœcutientibus sunt oculis, quiuis locus obscurus est, propterea quod caliginē secum in oculis circunferunt. Ita parum eruditis, omnis liber ac stylus difficilis est & obscurus.

Sicut ignis in omnibus officinis omnium artium & operum est instrumentum. Ita sine charitate nihil recte geritur.

Vt uitrum copia uult, aliogui nec auro nec argento cesserum Ita sacerdotes ob turba minoris sunt, magno in precio futuri, si sum gula ciuitates singulos haberent sacerdotes, ut olim.

Sicut primum pictura coepit ab umbris & lineis, deinde monochromata, mox accessit lumen & umbrae una cum oculorū uariete, doric ad summā artificiū peruenit admirationem. Ita uirtus in nobis non statim absolute nascitur, sed paulatim cotidianis auctoribus, ad summum perducitur.

Vt non est optima imago, qua materia testatur opes locatoris aut artem pictoris, sed qua rem proxime representat. Ita optima est eloquentia qua non ostentat ingenium dicentis, sed rem aptissime ostendit.

Vt Zeus picturus Lunonem, Agrigentinis omnibus virginibus inspectis, quicq[ue] præcipuas elegit, ex quibus quod esset in unaquaq[ue] præcipuū, imitaretur. Ita e plurimis optimi nobis ad exemplū uita, aut dicendi, proponendi sunt, nec in his tamen reddenda sunt omnia, sed optima.

Vt non quiuis pictor quauis in parte artis ualeat, sed hic in diis exprimendis præcipuus, aliud in uultibus reddendis, aliud in lineis excelluit, alius in colorū mixtura, alius in symmetria. Sic qui uirtute profiteantur, aliis dotibus enitēt alii. Item in eloquentia seu literis.

Balneis - quia non oblitus est & manu his balneis

C. Horace & verarum
scriptum

EX ARIST. PLINI. THEOP. XL.

Qui ex balneo calent, uehementius frigescunt, & aqua frigidior esse solet, quæ prius caluit. Ita uehementius sese oderunt, qui prius fuerint amici, & sceleratores sunt, qui a pia uita ad impiam se transtule sunt.

Vt hyeme media, Alcyones summa fruuntur tranquillitate, & hanc etiam aliis communicant. Ita cum maxime sequitur fortuna, tum maxime animi tranquillitate fruuntur pii, & hanc in alios quos possunt transfundunt.

Cum asinus ipse sit aquosus, ex ossibus tamē huius optimæ sunt tibiae, ut ait Aesopus apud Plutarchum. Ita diuites quidam ipsi indocti, tamen pecunia sua suppeditant ingenium studiosis.

Plutarchus testatur se uidisse in Africa coruos, qui lapillos in aqua aggrederint, donec aqua eō surgeret, ut cōtingat posset. Idem narrat de eane coniiciente lapilles in amphoram oleariam. Ita nobis quod uiribus diminutum erit, ingenio supplendum est.

Formicæ triticum arrodunt ea parte, qua germinare incipit, ne sibi redditur inutile. Sic potentes quo ministris perpetuo utantur, premunt, ne si emerferint tardio seruitutis, relinquant aulam.

Bucephalus Alexandri Magni equus, quories nudus esset, equis sonem in tergum admittebat, ornatus regis phaleris neminem se rebat, nisi regem ipsum, in reliquos omnes ferociebat. Ita quidam tenues quemuis ferunt, diuites facti despiciunt vulgares.

Vt Timanthes qui Iphigeniam pinxit, ceterorum affectus expressit. Agamemnonis autem uultum uero obtexit. Ita quodam melius relinquuntur suo cuique iudicio astimanda, quam uerbis explicitur.

Vt laudatur in hoc Timanthes, quod in omnibus eius operibus plus semper intelligitur, quam pingitur. Ita optimum orationis genus, in quo plurima cogitationi relinquuntur, pauca narrantur, & plus ineſt sensuum quam uerborum.

Notatus Protagoras, alioqui summus in pictura artifex, quod nesciret manum tollere de tabula. Ita quidam scriptores immo dica diligentia peccant, quibus nihil unquam satis emendatum uidetur.

pli. li: 35: pa: 10:
phi. li: 35: pa: 10:
D· ERASMI ROT. SIMILIA.

Quemadmodum Protagoras pictor Apellem ex unica linea cognovit, nunq̄ alioqui uisum. Ita ex unico responso ingenium & prudentiam virum deprehendet, qui sit ipse sapiens.

Vt Apelles pictor queri solitus est, perisse diē in quo non duxisset lineam. Ita Christianus dolebit, si quo die non euasit seipso melior in pietate.

Vt signa quadam argillacea lumen in precio fuerunt, ob admirationem artis. Ita nonnunquam res humili ac nihil, ingenium oratoris commendat.

Vt gypsum, aut argilla dum est uida, in quamvis imaginem facile sequitur finge[n]tis manum. Ita rudes anni ad omnem discipinam sunt idonei.

Vt quod maiore negotio chalybi aut marmori inesculperis, durat diutius. Ita quod maiore studio discimus, nunq̄ obliuiscimur.

Vt illud opus est laudatissimum, in quo simul & ars commendat materiam & materia uicissim aitem. Ita liber est optimus, in quo & argumenti utilitas commendat eloquentiam, & autoris facundia commendat argumentum.

Vt Perillus qui Phalaridi taurum donauit æneum, suo p[ro]erit in uento. Sic aliquoties malum consilium in caput autoris reducat.

Vt Philosophus missa lingua uictima, rem simul & optimam & pessimam misit. Sic opes optima sunt, si restet utaris, pessimam si secus.

Vt non ipse solum magnes attrahit, uerum etiam aliud ferrum ad se trahit ferrum magneti afficitum. Ita contagio uis uirtutis, aut improbitatis pernicies ab alio in alium transit.

Vt a Seribus mollesima uellela, & ab iisdem durissimum ferrum mittitur. Sic a quibusdam diuerla profiscuntur.

Vt carboni semine Lexusto suffocatoq[ue], si denuo flagret, maior est uis. Ita semel sopitum odium, si rursus excandescat, acrius est.

Sicuti terra quæ auri aut argenti uenas habet, in ceteris uere sterilis esse consuevit. Ita qui congerendo student auro, eiusq[ue] me

talla iā cōceperūt in aio, nullā bonaē rei frugē pducere cōsueuerūt.

Raro auxi & argenti uena reperitur, nisi alia non procul sit, unde & Graci nomen indidere. Ita nulla uirtus solitaria est, sed alia aliam adiungit.

Argentum cum sit candidum, nigras tamen ducit lineas, uti stānum. Ita quorundam alia species est, alia facta.

In argento uiuo omnia natant, excepto auro. nam hoc unum ad se trahit. Ita nihil insidit animo auari, præter lucrum, disciplinæ, literæ, probitas, in summo fluitant, non descendunt in pectus.

Vt rem eandem diuersa specula uarie reddunt, pro forma spe, culorum diuersa. Sic idem factum, diuersi uarie interpretantur, pro animorum uarietate. quod huic magnum est, illi paruum, quod huic pulchrum, illi foecum erit.

Vt speculum non reddit imaginem, nisi substernas uitro stanum, aut æs, aut aurum, aut simile quippiam solidum, quod imaginem non linat perfluere. Ita non nisi in animis solidis, & uera uirtute nixis, relucet imago ueri.

Vt sunt quidam fontes, qui potu pecudum, atq; etiam hominū cutem & pilos tingunt albo, nigrouē. Ita relucet etiam in ipso hominis uultu & fror te, quod agunt, quibus præceptis imbutus sit, & quibus ex autoribus hauriat uitæ rationem.

Gallus Phrygiae fluuius, si modice bibas, miedetur corporis malis, si immodice, lymphatum animum agit. Ita si philosophia etiæ literas modice attingas, prosunt, sin totum te illi addixeris studio, sa nitaté metis auferūt, & inanis gloriæ furore quodam præcipite agūt.

In Bœotia ad Trophonium deum iuxta flumen Orchomenon, duo sunt fontes, quorum alter memoriam, alter obliuionem ad fert. Ita fere magno alicui bono, magni mali periculu est uicinū.

Vt qui sapient, nō statim e quoquis bibūt fonte, propterea quod alii salutē adferunt, alii perniciem, nonnulli furorē, ita non est tu tum quemuis librū euoluere, quod ex aliis haurias affectū animi bonum, ex aliis libidinem aut ambitionis infaniam trahas.

Qui biberint ex Clitorio lacu, his uini tediū oboritur, ita qui semel gustarint poetiken, abhorrent a philosophia præceptis,

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

aut contra, siue qui se mundanis voluptatibus ingurgitant, abhorrent ab honestis illis, ac ueris oblectamentis.

Apud Troglodytas lacus est, qui ter in die fit amarus aut salsus, ac rursum dulcis, totiesq; etiam nocte, unde & insanus dictus. Sic quidam inaequales, nunc asperi, nunc sunt blandi, aliquando profusi, mox sordidi, iam uehementer amant, iam supra modum oderunt. Periculostiores sunt fontes, qui lymphidis aquis blandientes oculis, tamen perniciem adferunt, minus formidandi, qui ipsa specie testantur aquas esse fugiendas. ita difficilius uitantur mala, quae boni praetextu fallunt.

Sicuti terra qua uenas aquarum occultat, nebulam quandam ex halat ante solis ortum, logius intuentibus. ita qui uere boni sunt & eruditi, etiam si non ostentent, tamen semper aliquid ex se produnt. unde qui obseruerit, deprehendere possit subesse uim boni.

In Narinensi agro terra imbre fit siccior, aestu humescit. unde Cicero iocatur illic ex imbre puluerem, ex siccitate fieri lutum. Ita quosdam admonitio reddit deteriores.

Gatus ambulsa & infusa medetur malis, sed si interim garu no nomines. ita quedam beneficia, beneficia non sunt, si cōmemores.

Terra qua gignit salem, nihil aliud gignit. Sic ingenia fœcūda in literis, in ceteris sere rebus non perinde ualent. Fons in quo nitrum nascitur, nec aliud quicq; gignit, nec alit. ita sapientia studium totū hominis animū sibi uendicat.

Spongiis adeo tenues sunt sensuum notæ, ut multi dubitent animalia sint, nec ne. ita quorundam is cultus est, is sermo, ea uita, ut dubites Christiani sint, an Ethnici.

Sicuti sal modice cibis aspersus condit, & gratiam saporis addit. Ita si paululum antiquitatis aut ioci admiscueris, oratio fiet uectior. si plus satis, nihil insuauius.

Quemadmodum Echeneis siue Remora pisces perpusillus (est aut magna limaci similis) quamvis magnā nauim uelis ac remis incitatam subito listit. ita scortulum aliquoties adamatum ingenies animi ad honesta impetus retinet alligatq;

Torpedo pisces haud nocet nisi contactu, sed uirus suu etiam ab

EX ARIST. PLIN. THEO.

XLIII.

are per linum, & arundinis internodia ad pescatoris manum mire transmittit. Sic improbi ac pestilentes haud nocent, si nihil cum il lis habeas commercii. uerum quacunq; consuetudine cotacti morum uenena afflant.

Lepus. Lepus pescis homini certissimum est uenenum, & homo uicissim illi, adeo ut uel digitulo cotactus, statim emoriatur. Ita hostes in eam tuam utring perniciem dant, & accipiunt.

In nassam facilis illa plus est, sed exitus difficultis. Sic declive iter in uitia, reditus ad meliorem frugem non perinde facilis.

Murena fuste non potest inferiri, erula protinus. Ita quosdā leue incommodū exanimat, ut con uitium, qui grauissimas fortunā procellas infraeo tulerunt animo.

Murena nō in capite, sed in cauda aīam habet, ita quod charismatum est, non ibi recondendū, ubi statim periculis sit obnoxium.

Vt pisces in marinati educatione, nihil tam sapiū salis marini. Ita quidā inter barbaros geniti & educti, longe absunt ab oī barbarie.

Vt Magi, uerbis etiā non intellecti prodigiosa quādā efficiunt. Ita sacerdotes nonnulli precibus non intellectis bona tamen fide pronunciatis, deum conciliant ac mouent.

Vt Appion Homerū ab inferis euocatū, nihil aliud interroga uit, q; quibus parentibus genitus esset. Sic quidam grauissimorum uiorum concilio conuocato, de meris nugis consulunt.

Vt magi prodigiosa quādam promittunt, illaq; promissis credulū alliciunt, ita principes maximarū rerum spes ostentant, ut sibi reddant addictos.

Vt in magicis artibus uulgas hoc magis admirat, quo minus percipiunt rationem, cur illa, aut illa tam surda præscribantur. Ita quida magis admirant stilū aut carmē, quod non intelligent.

Quemadmodum medici quo doctiores uideantur, diuersas rerum species ex diueris mundi partibus petitas, inter se cōmisercent.

Ita quidam ostetatores, orōnem parum eruditā uideri credūt, nisi ius Cæsareū ac Pōtīscū, Poetas, Oratores, Philosophos, Sophistas simul cōmisercent, & pluribus authoribus ac literis consarcinauerint, q; Mithridaticū ferunt suisse concinnatū. Id constabat quin

L. iii

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

quaginta quatuor diuersis rerum generibus.

Vt periculorum est dæmones euocare, propterea quod si quid erratum fuerit, magno conatis discrimine fiat. Nam aiunt Tullum Hostiliū istū fulmie, quod ex Nūmā libris Iouem deuocare conatus, quædā parum rite fecisset. ita periculorum est, cum principib⁹ habere commerciū, aut cum morosis potentibus. quod offensi re qualibet leui funditus subuerterant hominem.

Quemadmodū Magi sibi concii fucum esse quod promittunt prodigiosis quibusdā, ac præscriptis ceremoniis dementant, ac teritant infirmiores. ita quidā sacerdotes cum procul absint a uera pietate, cæremoniis inuoluunt indoctos, quo plebem sibi magis habeant obnoxiam.

Vt auguria & auspicia non ualent, nisi iis, qui querunt & obseruant. ita præcepta philosophia non mutant nisi hos, qui meliores fieri student, & hoc animo ad legendū accesserint.

Crocodilus inictū alioqui, & perniciolum animal, tamen Ten tyritas adeo metuit, ut ad uocem etiam expauescat. ita tyrami cū omnes contemnant, tamen eruditorum literas subiment.

Vt quorūdā hominum etiam aspectus facinū habet, ita sunt quorum omnis uitæ consuetudo mores inficit.

Vt Plylli non solū ipsi noſlāduntur a serpentibus, uerum ex aliis uenenū exugunt. ita uere philofophus non modo ipse non tangitur uitiis, sed aliorum quoq; morbis orōne uita sua medetur.

Semel isti a scorpio, nunq; postea a uespis, crabronibus aut apibus fefiuntur. ita nullum est incommodum, quod non commodi tatis aliquid habeat adjunctum.

Vt qui a cane rabido morbi sunt, non solum rabiūt ipsi, uerum etiam alios contagio inficiunt. ita qui pestilentem alicunde imbibent opinionem, & alios suis inficiunt colloquiis.

Vt efficacissima remedia nata sunt ex morbis pessimis. ita bonae leges ex malis prognatae sunt moribus.

Sicut ex uipera, crocodilo, caterisq; nocētissimis bestiis medici remedia quædā aduerterūt uenenorū noxā, ac morbos efficiunt, ita aniāduerso in nocētes, multos uel arcet uel reuocat a facinoribus.

Crocodilus anceps animal, nunc in terris agit, nunc in aquis, in terra ponit oua, in aqua p̄edatur ac inficiatur. ita quidam simul & aulici sunt, & ecclesiastici utrobique pestilentes.

Chamaeleon guia pauidissimū animal, subinde colorē mutat. ita qui viribus non possunt, ad uarias artes configuant necesse est.

Lynxes clarissime oīm animantiū cernunt, sed mira illis obliuio rei ab oculis semet. ita quida acris ingenio, sed obliuiosi.

Quædam remedia tristiora sunt ipso morbo ut satius sit oppere morte, q̄ his aucupari salutē, uelut lugere sanguinē e uulnere recenti gladiatorum mortentium, ita quandoq̄ satius est ferre iniuriā, q̄ maxore incōmodo ulcisci, ferre pacē, etiā si parū continuadū aut æquam, q̄ bellum cum imminētis malis suscipere.

Scorpius letale uenenum habet, Aconitum letaliū, tamen hoc in potu datum, aduersus scorpiorum ictus remedium habet. ita dū uenenum cum ueneno colliguntur, seruatur homo, itidem duoru pestilentii ciuium discordia, nonnunq̄ Reipub. saluti est.

Aconitum etiam contactu necat, ita quorundam cōiunctus pro tinus inficit, aut si uel tantillū cum illis incep̄tes commercii.

Olim in Capitolio certabant quadriga Latinis feriis, uictor ab sinthiū bibebat, ita salubria magis querenda sunt q̄ iucunda.

Sorba quæ magis blandiuntur specie, uenenum habent, ita blā diores amici magis cauendi q̄ tristes atq; asperi.

Empetron herba, latine calcifraga, quo proprius abest a mari, hoc min⁹ est salsa, quo lōgius, hoc amarior est. ita quidā apud Gal

Ios Germaniam spirant, apud Germanos Galliam, & quo longius absunt, hoc magis referunt eam gentem.

Vt optima remedia maxime perniciem adferūt, nisi apte sumatur. ita Christi sacramenta salutaria recte sumentibus, letalia indigne accipientibus.

Herba salutares consuetudine perdunt medēdi uim. ita admnitio si assidua sit, nō emendat, a suetū iam obiurgationibus.

Vt qui ante uenenum sumunt antidotum, non laeditur uene no. Sic qui salubribus opiniōibus, ac decretis confirmarint animū non inficiunt oratione malorū, si forte in eos inciderint.

D. ERASMI ROT. SIMILIA

*Vt Mithridati cotidie sumenti uenenū, consuetudine factū est
innoxium. ita mala quibus assueris, non offendunt.*

Vt suus cuiq; morbus uidetur atrocissimus. ita suum cuiq; incōmodum maxime dolet.

Vt herba moly difficile quidem effoditur, sed ad remedia pter
cateras efficax est. ita quæ præclara sunt non contingunt, nisi ma
gno negocio.

Vt inter salutares herbas nascuntur & uenena. ita ex autoribus
qua recte dixerint, sunt excerptenda.

*Vt elleborum concitatis intus omnibus, ipsum in primis exit.
ita dux fortis adhortatus suos inter primos prodit in hostem, ue
lut inquit Hierophilus, autore Plinio.*

Vt eleborum si parcus sumas, magis offendit quod inhæreat
uisceribus, inficiatq; corpus. sin copiosius erumpat celerius. ita
non est obiurgandus amicus, nisi ea uehemetitia, quæ uitio liberet
illius animum. Nam leuior expostulatio contristat amiciciam
nullo fructu.

Vti elleborū tametsi efficax,tamen medici uerant dari sentibus
aut pueris,aut exilibus . ita admonitio sic est temperanda,ut ferre
possit quem uelis emendare,nec solū spectandū est uitium,sed na-
tura quoque eius,cuius uitio studeas mederi.

Vt utlgs in eptum magno labore, magnog*i* imp^edio remedia ab extremis Indis aut ethiopibus petut, cum in hortis nobis nascat, quo morbis mederi possimus. ita pr^asidia beatæ uitæ magno molimine foris quærimus. in imperiis, in opibus, in uoluptatibus, cum in animo sit, quod nos beatos efficiat.

Climenos herba ita morbo medetur, ut sterilitatem adferat etiam in uiris. ita quidam malum aliquod ita profligant, ut aliud diuersum admittant.

Minor uis inest in radicibus herbarum salubrium cum semen
maturescit. ita deterior fit ingenii naturæ uis, quoties liberis gi-
gnendis datur opera.

Herbam canariam canis ita mandit, ut homo non cernat nisi de pastam, & percussus a serpente aliquam petit, sed eam non

decepit inspectante homine. Ita quidam disciplinas a se reper
tas cælant, ne profint & aliis.

Lotos quam latini fabam Græcam uocant, ramenta ligni ha
bet amarissima, fructum dulcissimum. Ita conatus ad summam
uirtutem durus est, fructu nihil suauus.

Vt uitis refugit brassicam, querqus abhorret ab oleo, multo ma
gis autem a nuce iuglande (Nam uitis cum omnia complectatur,
solam brassicam declinat. querqus si in scrobem olea depacta fue
rit, emoritur. eadem & iuxta nucem iuglandem inarescit.) Sic in
ter quasdam nationes naturale dissidium est, ut nullo pacto queat co
alescere concordia, ut inter hos fere, quos mare aut alpes diremerunt.

Vt Democritus medicus Considia mulieri, omnem curationem
austeram recusanti, lac caprarum de dit, quas lentilco pascebatur. Sic
iis qui prouersus a tetricis philosophia præceptis, fabellæ quadam
ancientiores proponendæ, sed quæ philosophiam resipiant.

Ferula solis asinis gratissimum est pabulum, cæteris animanti
bus præsentaneum uenenum. Ita sære quod alios offendit, alios
uoluptati est.

Hædera pota neruis nocet, eadem foris adhibita prodest. Sic
philosophiam si penitus imbibas, nocet ad pietatem, si leuiter & ue
luti foris admoureas, prodest ad eruditionem.

Arundinis radix contrita & imposita, filicis stirpem corpore ex
trahit, item arundinem fiscis radix. ita uicissim & pecunia studi
um exitit animis amore sapientia, & sapientia studiū pecunia.

Rhododaphnes arboris folia quadrupedibus uenena sunt, ho
minibus præsidia aduersus serpentes. ita diuinæ literæ sobriis ac
prudentibus salutarem præbent alimoniam, stultis aut & impiis
hærefoes, & maioris impietatis ministrant occasionem.

Vt quod nulla ui efficias, id aliquoties fit herba succo, si modo
quam oportet adhibeas. ita quosdam magis permoueris apta q
uiolenta oratione.

Vino modico nerui & oculi iuuat, eodem copiosoire laedit. Sic li
teris modice gustatis adiuuat uita, eadem laedit, si quis immodice icubat.
Sicuti uina & poma subacerba, uetusitate mitescunt, dulcescunt.

D: ERASMI ROT. SIMILIA.

Sic etatis insolentia longo rerum usu mitigatur.

Chamaeleon herba mutat foliorum colores, cum terra in qua
nascitur, hic nigra, illic viridis, alibi cyanea, alibi crocea, & aliis,
aliisque coloribus. Ita contentit hominem pro loco, in quo agit, ut
ex habitum commutare.

Quemadmodum heliotropium herba, semper in eam spectat
partem, qua sol est, & eo condito, florem contrahit. Sic nonnulli
ad regis omnes nutus obsecundant, & in quodcumque uiderint illum
esse propensum, in id feruntur & ipsi.

Adyanton herbam etiam si superfundas aqua, aut immergas, ta-
men sicce similis est. Ita in uirum bonum non haret contumelia,
aut infamia, etiam si quis infamare conetur.

Vt in rerum natura quae spectatissime florent, celeberrime mar-
eescunt, ueluti rosa, lilia, uiola, cum alia diversa. Ita in hominum
uita quae florentissima sunt, citissime uertuntur in diuersum.

Vt rosa flos, unus omniu[m] longe gratissimus, de spinis nascitur.
Sic e tristibus & asperis laboribus fructus capitur iucundissimus.

Crocus gaudet calcari, p[ro]m[er]edoq[ue] meli[us] puenit, unde iuxta semi-
tas, & forae latissimum est. Ita uir[us] aduersis exercita reb[us], leti[us] emicat.

Vt nihil insidiosius melle uenenato (nam sunt quædam huius
modi). Ita nihil magis timendum q[uod] blandus hostis.

Vrtica sine aculeis adurit, ac uulnerat sola lanugine, soloq[ue] con-
tactu. Ita quidam non aperta ui[er]a, sed clanculum nocent.

Quemadmodum urtica, si conanter attingas, ac timide, adu-
rit. sin premas tota manu, non adurit. Ita pecunia si cætim circu-
spectim tractes, inficiet. sin cötetim ac neglectim, innoxia est.

Vt radix quam medici vulgo Rebarbarum uocant, cum sit bili-
osa, tamen peculiari quæda ut bilem pellit. Ita fit nonnūq[ue], ut amor
pellat amorem, ceu clavis clavum, ira iram, & dolor dolorem.

Vt est quæda uenenorū contraria natura, sic ut sapienti numero ue-
nenū ueneno pellat. Sic uitiu[m] uitio pellitur, & malus malo obiciit.

Vt tutissimum in trifolio cubare, quod in hac herba neget serpente
aspici. Ita in his uerlandū libris, in quibus nulla uenena timent.

Quemadmodum panace herba, una contra morbos omnes ha-

bet remedium. Ita CHRIS TI mors una aduersus omnes cupi-
ditates noxias efficax est.

Ut nepentes herba, ab Homero prædicata, addita oculis, omnē
conuiuii tristitiam dilicutit. Ita bona mens inta nobis, omnem ui-
tae sollicitudinem abolet.

Ut acetum aere quidem gustu, sed aduersus serpentium ictus
mire ualeat, Ita præcepta philosophiaæ austera quidem illa, mini-
meq; blanda, sed contra pestiferas animi cupiditates remedium
adferunt præsentaneum.

Medici uerant uti Halicaccabo, quanq; dentibus firmatis pdest,
si eius succo colluat, ppter ea quod periculū est, ne si diutius id fiat,
deliratione gignat, & plus adferat incomodi q; cōmodi. Ita nō est
utēdum his literis, quæ sic linguam expoliunt, ut mores insificant,
aut non conuenit lequi, quæ sic augent rem, ut famam iadant.

Sicuti nasturtium ad Venerem quidem reddit seigniore, sed ani-
uim acuit. Ita philosophiaæ studium corporis curam ac uigorem, ad
animi uigorem traducit, ut hoc plus sapiat homo in rebus atētis,
quo magis stupet ad ista corporea, crassaque.

Quemadmodū in superioris Libyæ populis, quoniam mulieres
cōunes sunt, ut i Politicis testatur Aristoteles filios iuxta simili-
tudinem formarum partuntur. Ita confulis operum tūcūs, stili si-
milititudinem, & orationis phrasim oportet spectare.

Vt qui cōmedos audiunt, non ob hoc audiunt ut ipsi cōmedi-
fiant, sed ut uoluptatem capiant. Ita nunc permulti contionante
audiunt, non ut imitatione meliores fiant, sed uti delectentur.

Vt Pharmacopœia bracces aureis tegunt remedia quædā, quo
pluris uendant. Ita quidam lenocinio uerborum nihil ad rem per-
tinentium, sēm commēdari putant.

Sicut unda undam perpetuo propellit. Ita dies diem trudit.

Vt a currente flumine tantum habes, quantum hauris. Ita ex
annis semper euntibus nihil accipis, nisi quod in res duras colloca-
ris.

Dissimile.

Luna semel extinta subinde renascitur, & ubi consenuit reiue-
nescit. At homo nec renascitur mortuus, nec repubelcit senex.

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

Diffimile

Post hyemem denuo recurrerit Ver. At post senectam nulla re
currit iuuentu.

Sol post occubitu redit nouus, homo non item. Diffimile.

Vt stultu sit relictis fontibus cōflectari riulos. Ita ineptum est
relictis euangeliis, Lyrae, & similiū somnia sequi.

Vt maximi medici, minores quoq; morbos optime sanant.

Ita doctissimi præcepentes, & minima optime docent.

Vt lamiæ domi cōcuentes, foris nihil non uidet. ita quidā in
alienis negotiis plus satis oculati, in suis parum perspicunt.

Vt impendio malignas sit, qui fontem scatentem obtegat, aut
solem obradiantē prohibeat, aut lumen recesset de suo lumine, ac
cendere, aut uiam monstrare grauetur. ita uehemeter sit inhumā
nus, qui prodesse nolit citra illum suū incommodeum.

Vt equæ conspecta in aquis forma sua, aguntur in rabiē, autore
Columella. ita quidā nimium admirantes sua, ad insaniam usq;
redduntur insolentes.

Vt bonaso cornua oneri sunt tantum, nulli autē usū, adeo sunt
in se reflexa. ita Sophistæ dialepticen habent, sed quia neminem
uincere possint, adeo est intorta.

Pardus odoris gratia alleetas feras inquadrat atq; occidit. ita qui
dam blandiloquentia irrecitos fallunt ac perdunt. Sic principum
aulæ habent, nescio quid blandū, quod inuitet in perniciem.

Qui tigridis catulos rapuit, bene fecū agi putat, si uel unū inse
quenti matrī auferat impune. ita qui alienam inuasit possessio
nem, etiam si cogatur reddere, lucrum tamen facit, si uel portio
nem aliquam retineat.

In pantheris quod speciosissimum esse oportuit, id cælandū est
ut placeat, reliquo corpore maculis picturato. ita in quibusdā oīa
placent, præter uitā, quod est totius negotii caput.

Vt Tarandi cutis ferro impenetrabilis. ita quosdam nihil que
at dictis lādere.

Hiene sicut & Ichneumon, nunc mas est, nunc foemina. ita qui
dam sui dissimiles, nunc fortia loquuntur, nunc mollia, nunc philo-

sophi sunt, nunc nepotes, nunc amici, nunc inimici.

Vt Aspalacus non nisi apud Boeotios uiuit ubi nascitur, alio translatus perit. ita quidam peregre uiuere non possunt, nulla in structi arte.

Chamaeleon quoniam aura pascitur non cibo, semper hiati est ore. ita qui gloriolis & auris alitut popularibus, semper aliquid captant quod famam augeat.

Amphisbena serpens utriusq; caput habet, & utrilibet corporis parte pro cauda utitur. ita quidam ancipites, nunc hac, nunc diuersatione se tinentur, & cum est commodū ad ecclesiasticam libertatem confugunt, cum uitum est, principium prætextu rem gerunt canonum oblii.

Prophyrius serpens uenenum habet, sed quoniam edetulus est, sibi habet. ita quidam male cogitant, sed quod desit facultas, ne mini nocent.

Vt palma quia cortice sit cultellato, difficultis quidem est ascensus, sed fructum habet dulcissimum, itidem eruditio & uirtus adiutum habent difficultem, sed fructum dulcissimum.

Sicuti mundus undiq; teres, ac rotundus sibi constat, ita sapiens nihil extra se querit, seipso contentus.

Vt stultissimum est esse huius mundi, in quo natus sumus, natura eo cognoscere non possimus, alios innumerabiles mundos foris querere. ita absurdum est neglegatis rebus domesticis, de alienis esse sollicitum & curiosum.

Sicuti deus cum nihil non uideat, nihil tamen uidenti similis est, ita princeps nihil ignorare debet, multa dissimulare.

Vt deus plurimi sapiens, & intelligens minimū loquitur, ita sapiens non nisi necessaria loquetur.

Sicut ex contrariis elementis mira harmonia temperatus est mundus, ita diuersis hominū studiis constat res publica.

Vt deus quo nihil est melius, minime apparet. ita quod est in hoie optimū, nempe mens bona, maxime latet.

Vt unus deus administrat uniuersa, sed qui sit optimus ac sapientissimus. ita monarcha res sit saluberrima, si def deo similis.

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

Vt orbium diuersus in contraria nissus, motum omnium temperat. Ita sequum contatio, iuuenum in republiba feruorem, ac præcipitantiam moderatur.

Vt sol non aliis est pauperi, alius diuiti, sed omnibus cōmunis. Ita princeps personam spectare non debet, sed fem.

Vt idem sol ceram liquefacit, & lutum indurat. Ita eadem ora

tio alios reddit meliores, alios deteriores pro ingeniorū uarietate. Quemadmodum Luna quo propior est soli, hoc minus habet

luminis. Ita plus fructus ac dignitatis est iis, qui procul absunt a

magnis principibus.

Vt Solis defectus magnā mortaliū pnicie trahit. Ita regis error

etiam leuis, magnā tamē in rebus humanis gignit perturbationē.

Sicut Mercurius q̄ minio spatio discedit a Sole, licet aliquim

uagus & errabundus. Ita non oportet longius ab honesto disce-

dere sapientem.

Vt cometes nouus apparet, aut magnum bonum, aut ingens

malum portendit mortalibus. Ita nouus princeps salutem adferit

rebus humanis si bonus est, maximam pestem; si malus.

Vt plures apparet soles prodigiū est. Ita plures esse monar-

chas, aut imperatores.

Vt Luna quod luminis accepit a sole, mundo refundit. Ita do-

nūm a deo acceptum, in cōmodum aliorum est conferendum.

Vc Castoris & Pollucis faces si solitariæ appareant, dirum est

ostentum. sin geminæ, salutare. Ita non oportet potentiam esse

seiunctam a sapientibus, alioqui pestilentem.

Vt Saturnus qui ex septem erfonib⁹ suminum tenet locum,

tardissime circumagit. Ita qui in summa constituti sunt pot-

estate, q̄ minime præcipites oportet esse.

Vt stellæ subito nata, subito item euanescent, aut decidunt. Ita

qui repente subuechunt ad summos honores, cito præcipitari solet.

Vt canicula pestilens est omnibus sydus. Ita principis mali po-

testas omnibus nocet.

Luna præcipue mouet inferiora, non quod efficacior, sed quia

propior. Ita multum habet momēti ad res conficiendas vicinitas.

Vt bruta fulmina montes feriunt irrito istu. Ita stulta potentia suas uires, in quod nihil opus est consumit.

Vt Aphricæ Auster serenus est, Aquilo nubilus, præter aliarum regionum naturam. Ita quidam cum regione mutant iagenium ac mores.

Sicut nec Aegyptus ob calorem, nec Scythia ob rigorem len tit fulmina. Ita uel ingens potentia, uel extrema fortunæ hamili tas, tutum reddit a contumeliis.

Vt autuno aut uere maxime fulgurat, minus hyeme aut aestate. Ita mediocris fortunæ celsitudo, ictibus obnoxia est.

Vt quædam fulmina æs ac ferrum liquefaciunt, ne cera quide confusa. Ita diuina uis, aut regia potestas in obsitètes facit malibus parcit ac cedentibus.

Vt non solum fulmum est, uerum etiam periculoseuocare fulmina. Ita dementia est reges ad se accersere, qui non nisi magno nostro malo prouocantur.

Vti fulmen quodcuq; animal protinus occidit excepto homine. Ita fortunæ procellæ indoctos, ac brutos protinus animo deficiunt, sapientem non item.

Qui in altis sunt specubus, a fulmine non feriuntur. Ita infima fortuna tutissima est.

Sicut aliquando tonat sine fulgetris, id est tonitru terrorē habet, periculo uacat. ita quorundam minæ terrent, non nocent.

Hypanis fluvius Scythicoru amniū princeps, per se purus & dulcis, circa Callipodas Exampeo fonte amaro inficit, atq; ita diffimilis sui in mare codit. de quo qdē est illud Solini elogiu. Qui in principiis eū norūt, prædicat. q; in fine experti sunt, nō iniuria exectat.

ita qdā inicio blādi & amici, postea lōge dissimiles sui reperiunt.

Vt attagen alias noocalis, captus obtumescit. ita quibusdam seruitus adimit uocem, qui liberi loquebantur. Aut sponte loquuntur, aut canunt nonnulli, si cogas, reticelunt.

Memoria similis terti, quod majora cōtinet, minuta trāsmittit.

Vt arbor excisa repullulat, euilla non refruticatur. ita malum si penitus tollatur, non renascitur.

Vt conchylia crescente luna augescunt, decrescente marcescunt. Ita stultus a fortuna pendens, nunc magnus est, nunc pusillus.

Hunc elatus, nunc supplex, ut cunq; Rhampulia mutauerit se se. Vt aqua maris in imo dulcior est, quam in summo. ita quo alius penetras in philosophiam, hoc minus habet amaritudinis.

Tradunt physici ueteres, solem marinis aquis pasci, lunam dulibus, ita sapientes amara quarunt, modo utilia. stulti quæ delectant modo, sectantur.

Quidam fluuii per medios latus erumpunt, ut illis nō misceat, sed idem eadem aquarum magnitudine post multa passuum milia exirent, qua fuerant infecti. ita si in uitiolam incideris ciuitatem, ita ad tempus utendum hospitio, ut idem exeras qui ueneris.

In Asphaltite iudææ lacu, item in Arissa Armeniae maioris, nihil mergi potest. ita quidam quicquid commiseris in propatu to gerunt, neq; quicquam celare possunt.

Vt aqua marina ad potum inutilis, melius sustinet nauem, quæ fluvialis, dulcis & potui aptior. ita suum unaquaq; res usum habet, si quis utatur ad id quod oportet.

In Dodona iouis sons, cum sit gelidus, & immersas faces extinguat, si admoueris extinctas, accendit. ita CHRISTVS si cupidi tatiibus flagrantem attigerit, sedat ac refrigerat, si deiectum & exanimatum, erigit & animosum reddit.

Lyncestis aqua, quæ uocatur Acidula, nō secus ac uinum temulentos reddit. ita quosdam etiam sua paupertas, & inscitia reddit feroces, & improbos. Eadem enim uitia e diversis nascuntur causis, ut ex scientia arrogantia, eadem ex ignorantia.

Tirrheus lapis quamvis granulis innata, comminutus fudit. ita concordia sustinemur, discordia pestum imbe.

Vt oleum infusum tranquillat mare, & lucem addit. ita philosophia componit animi motus, & ignorantiae caliginem discutit.

Vt ad Naphtha (id est bituminis genus) etiam procul uisim ignes transiliunt ob naturæ cognitionem. ita ingenia literis natæ, statim eas arripiunt.

Aiunt ignem Chimera montis semper ardentis, aqua accendi,

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

sceno restinguui. ita quosdam quo magis ores, minus cōmoucas: si dehorteris, ultro uolunt.

Pl. 3: m: 4: Ut aquæ saline, pluvia incidente, dulciores sunt cæteris aquis. ita meliores solent esse, quos e diuersa uita mutauerit diuinæ gratiæ influxus, ueluti Paulus.

Pl. 3: m: 4: Ut canes Melitæ, potissimum in deliciis sunt, opulentis ac potenteribus feminis. ita principes effeminati delitiis, plurimi faciūt adulatores, & ad gratiam omnia sum loquentes, tum facientes.

Pl. 3: m: 4: Ut sunt flumina quædam, quæ cum eadem sint, diuersis locis diuersa fortuantur nomina. ita quædam res in alio homine, variis nominibus mutatur, uelut fastus in principe splendor appellatur, in priuato superbia.

Pl. 3: m: 4: Sicuti quo directius non ferit sol radiis suis, hoc minor est umbra nostri, quo obliquius, hoc magis increbit umbra corporis. ita quanto plus quisq; assecutus est uera sapientiæ, hoc minus magis de se fentit. quo longius ab ea, hoc se magis dilatat stolidissima persuasione sapientiæ.

Pl. 3: m: 4: Ut inter tot hominū milia, nullæ facies sunt per omnia similes nec ullæ uoces. ita suum cuiq; ingenium est, suus cuiq; mos.

Pl. 3: m: 4: Tradunt in Albania nasci homines glauca oculorum acie, qui noctuarum ritu, plus noctu quam interdiu cernant. ita quidam plus sapiunt in rebus facinorosis, quam in bonis ac præclaris, aut in sordidis potius, quam in egregiis.

Pl. 3: m: 4: Ut Psylli in Africa, Marsi in Italia, non solum ipsi non laedunt a serpentibus, uerum etiam contrectatu, hac saliuia medentur aliis periclitantibus. ita philosophis non satis esse debet, si ipsi non cor rumpuntur uitiosis affectibus, uerum oportet oratioe aliis quoq; cupiditates noxias eximere.

Pl. 3: m: 4: Ut homini semper adest remedium aduersus serpentium virus, ne pe saliuia, qua contacti, eeu seruenti perfusi aqua, fugiunt, emoriuntur etiam si in fauces penetraverit. Sic aduersus omnes pestiferas cupiditates, præiens remedium semper nobiscum circumferimus, si modo nouerimus uti, id ab animo petatur, oportet.

Pl. 3: m: 4: Qui fascino utuntur, laudando necant arbores, sata, pueros. ita

adulator laudando perdit.

Sunt qui aspectu effascinant hominem. ita inuidus oculus per niciem adfert rebus latis. Nec satis tutus regum oculus, si quid habras egregie pulchrum.

Qui effascinant, in oculis geminâ habere papillam dicuntur. ita qui utuntur inuidia alienâ felicitatis non eam intuentur oculo simplici, sed quicquid uident, sinistre interpretantur.

Est indiae gens dicta Pâdora, quæ in pueritia cano sit capillitio in senecta nigreligunt capilli. ita nonnulli primis annis sobrii ac modesti, grandiores jam ad nugas & inéptissimas uoluptates tolli ciunt se, & puasi pueri cuncti.

Sicuti fœminæ quæ matuorū parient, citius senescunt, uelut in Calingis indiae gente, quinquennies parinnt, sed octauū non excedunt annum, ita præcoccia ingenia cito deficiunt.

Vt Androgyhi sic utrolq; imitatur, ut neutrum sint, nec mares nec fœmina, ita quidam dum & Theologi uolunt esse & Rhetores, a neutrī agnoscuntur.

Vt infare grauida, minus laborat & in gestatione, & in partu. ita si rem honestissimam animo conceperimus, minore negotio cōsequemur, q; stulta quædam oblectamēta. Et qui mundi præmia sequuntur, minore dolore margaritum illud Euangelicum sibi p̄ rare poterunt.

Agrippæ qui vocātur, quoniām præpostere nascunt, hoc est, pendibus primū emergentibus, malis auspiciis in uitā ingredi creduntur, magnoq; humani generis malo ut Marcus Agrippa & Nero. ita qui per nefas ac simonij irrumput in imperiū, aut episcopatū (uti uocant) magna pestem adducunt sibi suisq;.

Vt nonnullæ mulieres ex uiris quibusdā non concipiūt, aliis ad iunctæ, fecundæ fiunt. ita sunt qui apud quosdā præceptores in dociles, aliis traditi doctribus proficiunt, quod si ut corporum ita & ingeniōrum cognationes ac dissidia.

Vt horologii umbra progressam sentis, progredientē non sen

*Elegans et
Elegans in iugis*

D. ERASTI ROT. SIMILIA.

tis, & fruticē aut herbam creuisse appetet, nō appetet crescere, ita & ingeniorum profectus, quoniam minutis constat auctib⁹, ex interuallo sentitur.

Et Elephanti cū nare non possint, tamen annib⁹ impense delectantur, circaq; illos uagari gaudent, ita quidā cum literas nesciunt, tamen inter eruditos uersari gaudent.

Dracones exugentes sanguinē elephantos, occidunt eos, & ipsi uicissim inebrati opprimuntur atq; cōmoriuntur, ita sa penume ro in bello, pars utraq; & perimit & perit, famnū dat & accipit.

Bonasus animal, quoniā cornibus inutiliter implexis nō potest lādere, fugiens sumū reddit, cuius contactus insequates ut ignis aliquis cōburit, ita nonnulli quoniā coram non audent congregari, a tergo sparsis probris contaminant hominem.

Sicuti leo citius sauit in uirū q; in fœminā pueros non nisi summa fame coactas attingit, simplicibus ac prostratis parcit, ita potentes infirmioribus debent ignoscere, uires in alios experiri, quos uincere pulchrum sit.

Vt lascivia simiarū febrim excutit leoni, ita inimici conuiciū aut contumelia, nonnunq; excussa defidja, ueterisq; ad honesti studium nos acuit.

Leonis catuli informes nascuntur, uix ingrediuntur lemnestres, non mouētur nisi binestres, ita quæ egregia futura sunt, sero prouenjunt, & lentis auctib⁹, absoluuntur.

Leo cunctis formidatu animal, cantum ac crista galli formidat ita summi principes infirmitorū conuicia nonnunq; timere cogūt.

Iniecto in oculos sa go, leo sine ullo negocio capitur, alioqui in expugnabilis, ita facillimū est potentissimum etiam domare, modo cognitum sit illius ingenium.

Camelus non gaudet potu, nisi prius obturbata conculcatione aqua, ita quibusdī nihil placet in literis, nisi barbarie cōspūcatū.

Vt camelopardalis siue nabis, collo refert equū, pedibus & cruribus bouē, capite camelū, maculis tigrim aut pardū, ita quidā in aequales sibi uarias hominū formas exprimunt, si cultū inspicias, sanctū aliquē existimes, si orationē audias, Satrapā logui putas, si

uitam expendas, nebulonem inuenies, si scripta, bubulcū,

Rhinoceros cornu gerit in naribus, ita quorundam sales dentati sunt & aculeati.

Catoblepas & basiliscus solo aspectu necant, maxime si oculos intueare, ita tyranni nonnulli solo oculorum coniectu nonnullos ad laqueū adiungunt. Aut formosa mulier aut ipudica perimit intuitu.

Vt basiliscus sibilo fugat omnes serpentes, ita quidam adeo sunt pestilētes, ut alii ad illos collati boni uideant, atq; ultro cedāt.

Lupis quos gregarios uocant, etiam infame surrepit obliuio cibi, si modo respexerint ac protinus aliū querunt, ita nonnullis mox excidit, quod modo instituerant narrare, si interiectis uerbis aliquot, animū illorū alio deuocari.

Aspis pestilentissimum malū non uagatur, nisi cum cōpare, ea interfectorē pertinacissime persequitur, ita tyranni filium aut aliū tyrannidis successorē adiungunt, ne desit ultiō, si qd acciderit.

Crocodilus partur Trochilum auiculam carpere escam, e fauci bus suis, non illius amore, sed sua ipsius causa. Reputat enim rostro suo os illius, ita tyranni etiam siquid alicui concedunt semper ad lutum referunt cōmodum.

Crocodilus terribilis est infugaces, fugax contra insequentes, ita quidam si concedas ac metuas, tum ferociant, si strenue contemnas & obſitas, statim concedunt.

In aspidis iectu nullum est remedium, nisi ut partes contactæ amputentur, ita quadam uitia sola morte lanari possunt.

Inevitabile malū esset aipsis, nisi natura hebetes addidisset oculos, ita quidam essent pestilentissimi, si prauæ cupiditati accederet & ingenii uis, ut ratione quoq; nocendi possint excogitare.

Dictamū herba, sagittas educit e corpore, hanc cerui monstrauerit, ita philosophia ratio, fortuna lacula eximit animo.

Dissimile.

Cerui pastu dictami excutiunt corpore sagittas, a phalangio percussi cancerorum esu sibi medentur, lacertæ a serpentibus ieci, herba quadam se refouent, hirundines uexatis pullorum oculis chelidonias succurrunt, Testudo cumila pastu uires aduersus serpentes

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

reficit. Mustela in murium uenatu ruta se confirmat. Ciconia ori-
gano, hedera apri sibi medentur in morbis, item cancerorum elū.
Anguis foeniculi succo abiicit uernā nauseam sylvestris lactucæ
succo restinguit. Pantheræ aduersus aconitum, hominis excre-
mentis sibi medentur. Elephas chamæleonte fronde (nam similis
est animanti color) deuorata. Vrsi cum Mandragoræ mala degu-
stauere formicas lambunt. Ceruus uenenatis pabulis herba cyna-
re refistit. Palumbes, graculæ, merulæ, perdices, lauri folio annum
fastidium purgant. Idem faciunt colubæ, turtures, gallinacei, her-
ba quæ uocatur helixine, anates, anseres, cæteræq; aquaticæ, herba
siderite, grues & similes, funco palustri. Coruus occiso Chamæ-
onte, qui etiam uictori nocet, lauro infestum virus extinguit. bre-
uiter, nullum est animal, quod non intelligat sua remedia. Solus
homo nescit, unde uel corporis uel animi remedia petere debeat.

Hyena uocem humanam imitatur, & nomen alicuius ediscit,
quem euocatum lacerat. ita quidam obsequio blandiuntur, donec
in perniciem trahant.

Hyæna sic audita est excrementorū hominis, ut si in uale suspen-
dantur altius q; ut possit attingere, enecet sese, defatigati porrectu-
corpis, ita nonnullis quod est foedissimum, id dulcissimum est.

Fibri Pontici genitalia sibiipsis amputant membra in uenatu,
quod ob hoc se peti intelligent. ita prudentis est aliquando abii-
cere rem, ob quam periclitatur.

Cerui cum arrexere aures, acerrimi auditus sunt cum remisere
furdi, ita príncipes si quid est quod placeat, id procul etiā percipiunt
si quid secus, quantumuis clamis, non intelligunt.

Cerui cum sua cornua cogantur abiicere, tamen occultant ea,
præcipue dextrū, ne medicamenti uis aliis sit usui. ita diuites non
nulli, cum ipsi diuitiis uti non queant, haud tñ linunt alios frui.

Vti Chamæleon, non alio pascitur alimento q; aeris, & idcirco
ore est semper hiante. ita quosdam aura popularis alit, neq; quicq;
captant præter laudes & gloriam.

Cameleon qui subinde mutat colorem, omnem imitatur, præ-
ter rubrum & candidum. ita adulator nihil non imitatur in ami-

gal: carica expressa zona fuligine reffigie

co, præter ea quæ honesta sunt.

Tarandus omnium arborū & fruticum locorumq; in quibus habitat, colore uillis etiā imitatur. ita tutior erit, qui ad quamcūq; gentein se contulerit, eius ritus ac mores imitetur.

Dissimile.

Hystrix nō iaculatur spinas suas, nisi cum prouocatur aut urgatur. At scurra in quemuis sua dicta conuenit.

Virus informis gignit catulos, eos lambendo format, ita rudē ingenii foetum diutina cura expoliri conuenit.

Vt canis properans in eniendo, eācos parit catulos, ita præcipitata opera non possunt esse absoluta.

Vt ignavi canes oībus ignotis allatram, ita barbari quicquid non intelligunt, carpunt ac damnant.

Vt muti quidā canes, prius mordent q; latrant, sunt enī & homōi quos aliquor ipse uidi, ita quidā prius lādūt q; expostulent.

Asina per omnem gignunt uitam, cum homo tam mature de finit parere, ita facilior ac perpetuus prouentus rerum uilium, egregia raro contingunt.

Nullum est animal quod impensius amet suos foetus q; asinus, & simia, ita indocti suas commentaciunculas præter alios amplectuntur.

Mulus ex equo & asina costatus, nec equus est nec asinus, ita qui di dñi & aulici esse uolunt & ecclesiastici, neutrum sunt.

Dissimile.

Muli calcitratus uino crebro inhibetur, mulieris petulantia uis no prouocatur.

Simia catulos fere complexu necat, ita nonnulli parentes immodico erga liberos affectu, & indulgentia corrumpunt illos.

Dissimile.

Vt est regio quæ careat uenenis, ueluti Creta, ita non est respublica aut aula quæ careat inuidia.

Creta nullum habet uenenum, præter phalangiu, id est aranei genus, ita non est monasteriu tam sanctum, quod immune sit ab obtestationis & inuidientiae malo.

D. ERASMI ROT. SIMILIA

Angues in Syria erga indigenas uenenum non habent, nec eos petunt, exterorū cum cruciatu exanimant. ita insulares in suos latus humani, in alienigenas immitissimi sunt.

Indicā testudines, meridiano tempore blandiente gaudēt totū dorso per tranquilla fluitare, donec oblitis sui, solis uapore siccat cortex, ut mergi nequeat, iamq; inuitā natent opportunaē uenantium prādāe, ita quidam spe magnarum rerum allecti, in principiū aulas se lele coniiciunt, & adeo delinuntur aulæ delitiis, donec imprudentes eo redigantur, ut non possint, etiam si uelint, in suū oculū se lele recipere,

Mugiles si caput condiderint, putant se totos occultari. Ita quidam si sua uirtus dissimularint ipsis, putant ab aliis non animaduersti, qui mos idem & pueris est.

Alutarium pilcem semper sequitur piscis nomine sargus, qui illo cœnum fodiente excitatum deuorat pabulum. ita sunt qui se miliceant alienis negotiis, ut eis laboratibus, fructum ipsi pripia60299ti.

Scombri in aquis salphareum habent eolorēm, extra aquas similem ceteris. ita diuites in suo regno diis pares, & ceteris longe præstantiores uidentur, in morte nihil ab aliis differunt.

Vt echineis licet exiguis piscis, natum uelis citatā remoratur, ita animū ad honesta prōperantēm puellula quæpiam nōnunquam reuocat, ac retardat affixa.

Sicuti Polypus quicquid brachiis attigerit, suetu tenet ac attrahit, ita difficillimum est euellere de manibus quorūdam, si quid nacti fuerint.

Polypus stupidū alioquin animal, in captandis conchis incredibiliter utitur solertia, ita quidam ad solum quæstum suum sapiunt, alibi pecudes meræ.

Vt sapientiū Polypus dum conchæ carnem captat, ipse capitur ac tenetur. ita sapius dum aliis nocere studemus, nos ipsos in periculum addueimus.

Vt Echinus semper in spinis ingreditur, quod spinas secum circumferat, ita quibusdā in omni negotio acerbitas est, propterea quod animo secum adferant asperitatem, etiam si res ipsa nihil

habeat incommodi.

Vt cancri in metu utroq; uorsum pari celeritate ingrediuntur.
Ita cum res exigit, uertendi sunt in diuersum mores.

Minimi cancri, quos pinnoteras uocant, quo tutiores sint, in animalium concharum testis le condunt, & cum accreuerint, migrant in capaciores. Ita quidam maiorum suorum titulis tueruntur se, cum suis diffidant uirtutibus.

Vt uniones tametsi in mari nascuntur, tamen plus habent cogitationis cum celo, cuius faciem reddunt. Ita pius ac generosus animus magis a celo pendet, unde dicit originem. quam a terra, in qua uiuit.

Rhombus, squatina, & rhaja, & pastinaca, cum tardissimi sint piscium, tamen sape reperiuntur, habentes in uentre mugilem omnium uelocissimum, solertia & ingenio capientes. Ita quidam arte superant longe potentiores, opibus aut uiribus.

Trochus piscis ipse se init, & ex se concipit. Ita quidam ingeni fœlicitate ipsi litterarum semina infundunt sibi, quos aucto-
ratis uocant Graci.

Struthiocamelus auium maxima, sed stolidissima. Nam ubi collum occultarit frutice, latere se existimat. Ita quidam ingeniti mole corporis onusti, minimū habent ingenii.

Vt Phœnix nunq; est nisi unica, & ea uix credita cuiq;. Ita rerū optimarum summa raritas est.

Aquila auium rapacissima, non oppedit morbo neq; senio, sed fame. Ita anarus quo magis accedit artas, hoc magis cruciatur habendi studio, & minus potest uti partis.

Aquilatum pennæ quoq; aliarum atium pennis admixta, eas deuorant. Ita tyranis penitus infita uis est spoliandæ plebis, ut mortui quoq; aliquid auferant.

Vultures triduo futura cadavera præsentia, eoque aduolant. Ita quidam captatores, multis etiā annis morti diuitiū imminent.

Vultures ipsi nihil occidunt, sed ab aliis occisa inuadūt. Ita nō nulli alienis fruuntur sudoribus.

Cybindus avis bellum internicinum gerit cum aquila, adeo ut

Dr. ERASMI ROT. SIMILIA.

cohærentes sæpenumero prendantur, Ita fit aliquoties, ut dum
mutuam in se odium pertinaciter exercent principes, utriq; sub-
uertantur, tertio quopiam inuadente.

Coccyx oua subdit in nidis alienis. Ita quidam alienas uxores fa-
ciunt matres.

Coccygis pullus ubi adoleuerit, cum sit nothus, tamen legitimi-
mos deuorat, unaq; matrem ipsam. Ita quidam magna indulgen-
tia, stultoq; amore quorundam educati, subuertant eos.

Pauo non explicat pennas nisi laudari. Ita quidam putant se
non habere, quod habent, nisi sint qui mirentur.

Galli sapientis in pugna commoriuntur. Ita quidam mutuis dis-
fidiis conficiunt se.

Gallus uictor illico cantu superiorē fere testatur. Ita quidam sua
facinora iactant ipsi, & suarum laudum ridiculi sunt tibicines.

Vti cicopias nemo aduenire sentit, sed aduenisse, nemo disce-
dere, sed discessisse, quod noctu clanculusq; faciant utrumq;. Ita
iuentutem nemo intelligit discedere, sed discessisse. & senectutē
non sentimus aduenire, sed aduenisse.

Apud Thessalos capitale est occidere ciconiam, non ob aliud,
visi quod serpentes interficit. parcitur & apud Britannos miluiis,
quod urbem raptis extis pecudum, repurgent. Ita quibusdam ho-
nos habendus, non quod ipsi digni sint, sed quod illorum opera
nobis sit usui.

Ciconia tametsi demigrat, tamen reuersa, semper eisdem re-
petit nidos. Ita non oportet amicorum ob intermissam uitæ con-
suetudinem, obliuisci, sed memoriam illoru semp nobiscū circuferre

Ciconiæ quoties conuolat in campum, quem Pythonis comen-
uocant, (is est locus in Asia) quæ ultima omnium adhenerit, eam
sacerant, atq; ita discedunt, in una omnium cessatione castigata.
Ita multitudinis uitia, unius insigni supplicio sunt uel sananda uel
arcenda.

Coturnie ueneni semen gratissimum est eibus. Ita quidam ma-
ledicentia, & uirulentis dictis impendio delectantur.

Vt hirundines sub hominum tectis nidulantur, & tamen non

assuecant, nec fidunt homini, ita quidam amicos semper habet, suspectos, praesertim Insulares,

Hirundo aestate aduolat, instante hyeme deuolat. Ita infidus amicus rebus latet praesto est, cōmutata fortuna, deserit amicum.

Seleucides aues nunq̄ conspiciuntur a Casini montis incolis, nisi cum illarum praesidio est opus, aduersus locustas uastantes fruges, nec unde ueniant, quoque abeant cognitum. Ita quidam nunq̄ ap parent, nisi cum nostro egeno auxilio. nec uilunt amicos, nisi cu urget necessitas aliqua.

Lusciniis tantum est canendi studium, ut certantes emoriantur spiritu citius deficiente quam cantu. Ita nonnulli literarum immo dico amore ualitudinem extingunt, & dum a nullo uinci uolunt eruditione, pereunt in ipso conatu.

Vt Halcyones etiam media hyeme mare tranquillum praestat, non sibi solum, sed aliis quoq; Ita sapiens turbatissimis rebus, no solum ipse tuebitur animi tranquillitatem, sed alios concitatos cōponet ac sedabit.

Vt halcyones uidere rarissimum est, sed quories apparent tranquillitatem uel faciunt, uel denunciant. Ita Abbates & Episcopi rāto deberent prodire in principum aulas, sed rerum motus, & bellorum tempestates autoritate sua composituri.

Columbo in uolatu pernitas, sed dum plaudit in aere sibi placent, implicatis strepitu pennis, capitur ab insidiante alicubi accipitre. Ita multi dum ostentant suas uires magis quam utuntur, ob litu, præda fiunt inimicis.

A podes aviculae, aut pendent uolatu, aut iacent, ppter ea quod pedibus careant. Ita quidam in utrāq; partē nimis uehemetes, aut nimium tumultuantur negotiis, aut toti torpent otio. nil mediū est.

Taurus quis cum sit puilla, tamē boum uocē imitatur. Ita non vult cum re sint exigui, tamen loquuntur reges ac satrapas.

Arroducti hominis cibum mures, uiuunt sub eodem tecto, nec tamen assuecant homini. Ita quidam amici parum sinceri, nec relinquent cibi cōmodiq; causa, nec amant tam en aut fidunt.

Sicuti picis mirum est studium imitandi uerba hominis, adeo

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

ut in conatu nonnunq; emoriantur, ita nonnullis dulce ediscere preculas & psalmos, eosq; subinde sonare, cum non intelligent.

Vt oua plena sidunt, inania fluitat. ita qui ueris uitutibus, aut literis est præditus, minus ostentat se, q; qui fecus.

Si fœmina inter aues saliat fœminam, nascunt quidem oua, sed ex quibus nihil nascatur. ita consiliū quod animo conceperis, nō accedente ratione, fruolū est & inutile. Ouā sic nata Hyponemia hoc est subuentanea uocant. Dicuntur & Zephyria, quā uento cōcipiuntur. Sic euaniendum est, quicquid imaginatione, non certo iudicio instituitur.

Serius æduntur, quæ diutius uititura sunt. ita diu premendum opus, quod semper legi uelis.

Quo maius est animal, hoc minus est fœcundū, minuta numerosi foetus sunt, adeo ut Achantis minima avicula duodenos pariat pullos. ita quæ minus ualent pondere, nō sunt persanda.

Salamandra non nisi magnis imbris prouenit, serenitate deficit. ita quidam non apparent, nisi statu ciuitatis bello aut seditione turbato, idem rebus pace compositis, emoriuntur.

Salamandrac tantus est rigor, ut ignem contactū non aliter q; glacies extinguat. ita quidam citius hominem ad torporem adduxerint q; ipsi ad honesta inflammantur.

Vt talpæ quod parū aut nihil cernant, liquidiū audiunt. ita natura paria facit, dum quibus corporis formam negauit, his animi uigorem confert.

Vti culices ad dulcia non adjuvant, sed acria petūt. ita quidam maledicis & infestius sermonibus uehementius delectantur.

Non omnem escam omnes amant pisces, sed aliis alia delectat unde pescatores gnari, q; quicq; maxime appetit, fallunt ea potissimum obiecta. ita adulator deprehenso hominis ingenio, quibus rebus deliniet, a quibus abhorreat, quod illi gratissimum esse intellexerit, hoc potissimum eum captat.

Sicuti capreæ & coturnices uenenis saginantur. ita quidam aliquantur maledictis & obtestationibus.

Vt inter animantium genera, occulta quædā sunt dissidia, cum

nulla appareat dissidii ratio, uelut aranea & serpenti, formicis ac soricibus, trochilo & aquila, aliisq; compluribus. ita sunt qui illā aut illā oderint gentem, cū nesciant quā obrem oderint. Quidā odere rhetorē, aut grācas literas, cum hoc ipsum ignorent, quod oderunt.

Vt in culice non minus admiranda naturae uis est, q; in elephā te. ita sapiens in maximis pariter ac minimis negotiis, magnum uirum ostendit. Aut ingenii uis etiam in ludicro atq; humili argu mēto elucet.

Apis cum minimum sit insectum, tamē admirabile facit opus & mira ratione politia moderatur. ita in pusillis corporibus summa nonnunquam ingenii uis.

Apes exteriora tectoria faciūt ex succis amarioribus, quod dul cissimum est, in intimis recondunt. ita theologia insipidis quibus dī allegoriarū corticibus obtexit sapientiā, quos prophanos arcear.

Vt apes non quiduis ex omnibus colligunt, sed aliunde Metyn, aliunde Piso Ceron, aliunde Propolin, aliunde Rhithacen, aliunde sobolem, aliud de mel. ita non cia petenda ex eodem autore, sed ex uno quoq; sumendum, quod habet utilissimū. Ex poetis & oratoribus uerborum splendor. E dialecticis argutia disserendi, Ephilosophis cognitio naturæ. E Theologis præcepta uiuendi.

Cum ad omnia aduolent apes, tamen nullis nocent floribus. ita uirtus & literæ sic ab aliis sumuntur, ut nihil deterior sit is, qui communicauit.

A floribus mārcidis apes abstinent. ita non attingendus liber, qui putidas haber sententias. Aut nihil attingendum, quod nō sit elegans & succulentum.

Apes fuit ad opus & foetū calore confouendū, utuntur, ubi co perint mella mārescere, tum expellunt ac trucidat. ita ab inimicis quoq; sumendū, si quo pacto per occasionē prodesse possint.

Si fuci alas ademeris, & in alueum reicias, is cæteris item fucis alas admitt. ita qui in monachorum tracti nassam, se mel amiserint uitæ libertatem, alios quoq; quos possunt pertrahunt, ne meli os sit aliorum conditio.

ap 6 - vpp: to fol 2 ap: - my last p̄ tract
D. ERASMI ROT. SIMILIA.

Apes peragunt opus suū non statis diebus, sed quoties cæli com
moditas inuitat. ita suo quæq; tempore rapienda est occasio.

Rex apum solus aculeū non habet, aut certe nō utit, ad hæc grā
dior est corpore, & specie decentior, sed alis q̄ ceteræ minoribus.
ita principem oportet esse clemētissimum, & a sua ciuitate nusquā
auolare longius.

Rex ipse quidem non operatur, sed obambulans, ac circunuolás
alios uelut exhortatur. ita princeps non opera, sed consilio & iussu
prodeſſe debet suis.

Vt fuci cum ipſi non mellifcent, tamen illarum insidiantur la
boribus, ita sunt qui nihil ipſi excudat, sed aliorum uigiliis elabo
rata furto ſibi uendicant.

Vt apis amissio aculeo, iā nec nocere potest, exarmata, nec pro
deſſe ad mellificium. ita mortales qui nocere norunt, iidem no
runt prodeſſe.

Cum maxime feruent apum inter ſe prælia, tum iactu pulueris,
aut fumo tota res componitur. ita grauiſſimi rerum moētus inter
principes, affinitate aut ſimili re quapiam nugacißima finiuntur.

Tet nouenī crabronum iſtribus interfici hominem existimant
Ita offensia tametsi per ſe non capitalis, tamen ſapius iterata capita
lem parit inimicitiam.

Damna bombicina uestis seu multiciū, quod pellucens non te
gat corpus, cum in hunc uolum sit reperta uestis, ita ridenda facun
dia, q̄ rem nō explicat, ſed inuoluit, q̄ in hoc reptus fit hoi sermo.

Vt aranearū telas corui perrumpūt, muſcae implicantur. ita le
ges plebeialium uexant, a potentibus uiolantur impune.

Scorpius uenenū in cauda gerit, & oblique ferit. ita quidā in fi
ne uirus effundunt ſuum, & diſſimilanter lœdunt.

Muta cicada pro miraculo eſt, quod ipsum genus fit garrulum.
Sūt aut hmoi in agro R̄ hegino. Sic magis admiramur cōſtatiā &
ſilentiū in ſomniā, quod ipsum genus mutabile fit & loquax.

Muſcae & alia nōnulla iſecta ſuctu uiuunt, ideoq; eis pro lingua
& fitula, ita quosdā uideas biboēs, q̄ potu uiuāt, a cibo abhorreat.

Vt lampyrides non ſunt conſpicu, uisi noctu aut in obſcuero.

Ita quidam non sunt illustres, nisi inter humiles & idiotas, obscurātur autem inter egregios.

Industriū aīal formica, sed nō laborat nisi sibi. ita nō nulli morales sibi dūtaxat cōsulunt, & suū modo negocium agunt.

Vt Indicā formicā avarum ē cauernis erutum seruant tantum, non fruuntur. ita diues avarus nec fruitur ipse suis opib⁹, & aliis inuidet illarū usum.

Hirudo ē quoddam pediculi genus, cui nō est exitus cibi, quod insaciabile sit. succu sanguinis intumescentes rumpit deniq⁹. Sic a uarus copia sua p̄focatur.

Vti pyraulis ultro aduolās lucernis, adustis alis collabitur ac perit. Sic quidam ipsi sibi acerlunt perniciem.

Vt cochlearē lente ingrediuntur, nec quicq⁹ attingunt, aut usquā se mouent, nisi cornibus prætentant. ita sapientē oportet esse contadundum, minimeq⁹ præcipitem, & pedetētim aggredi, gustu quodam prius sumpto.

Quemadmodum apud Myconios non est indecorum caluitū, quod illic omnes calui nascantur. ita apud Italos (ut hos exempli eaū a nominē) non est turpe pecuniae stadium, quo nemo non tenetur apud illos.

Sunt qui proprius admota non cernunt, quæ longius absunt, uident, ita nō nulli plus sapiūt in rebus alienis q̄ in his q̄ ad se pertinet. Quibus maiora sunt corda, timidissima sunt, maximēq⁹ bruta. asino maximum est, & in Paphlagōia perdicibus binā sunt corda, cum animi sit conceptaculum & fops. ita quidam quo magis abūdant insignibus, hoc minus habent rei, ueluti si dōctor indoctus latissimo utatur pileo aut epomide.

Animantia quibus longa sunt crura, iisdem longum sit collum oportet. ita qui magno strepitu student uiuere, longius rapiant ne cessē est, unde suppetat sumptus.

Chamæleon maximū habet pulmonē, & nihil aliud intus. ita quidā p̄ter ostentationem & uentosam iactantia nihil habent,

Simia cum imiteſ hoīem, tñ animal est oīum deformosissimū. ita si quis affectet, quod optimum est, nisi feliciter affectet, incidit in id quod est pessimum.

Jacq. 2. 17
for safety first last
for safety second
for safety third

D. ERASMI ROT. SIMILIA

Vt a uitiis corporis quidā inuenēre cognomen, uelut a distortis
cruribus Vari, tumidis labris Chilones, a naso praegrādi Natones.
Sic nonnulli malefactis sibi famam pariunt ac nobilitantur.

Infantes qui celerius loquunt, tardius ingredi incipiunt. ita qui
ad dicendū prōptior est, ad rem gerenda minus est paratus.

E uoce agnoscimus hoiem, facie nō conspecta, nā sua cuique uox.
Ita ex oratione licet hominis uitam coniectare.

Vultures unguentorū odore fugant, ad cādauera aduolant. ita
quidam a rebus honestis abhorrent, ad fœda rapiuntur.

Sicut unguentis & uinis, ita & libris p̄cium addit antiquitas.

Ex maioribus cedris, quæ florent, non ferunt fructum. quæ fru-
ctiferae sunt, non florent. ita nonnunquam quibus adeſt dicendi le-
pos, non adeſt sapientia, quibus suppetit rerum utilium cognitio,
deſt eloquii uenustas.

Vt palma arboris ramus, imposito onere non deflectitur in ter-
ram cāterarum more, led renititur, & ultro aduersus sarcinæ pon-
dus erigit ſeſe. ita diri fortis animus, quo plus negociis premitur,
quoḡ magis lauit fortuna, hoc est erectior.

In Cāpania uites populos amplexa, ipla æquabat cacumina, a-
deo ut uindemiator rogū actu multū exciperet. ita qui in arduis
uersantur negoeiis, periculi meminisse debent.

Quemadmodū uitis tametsi arbor omnip̄ nobilissima, tamē
arundinū, aut uallbrum, aut arborū infrugiferarum eget sustenta-
culis. ita potentes & eruditū inferiorum egent opera.

Vt uallus aliquoties frondibus suis uitem amplexam stragulat.
ita nonnunq̄ adminiculi gratia obiter asciti, subuertunt & oppri-
munt potentiores.

Vt uitis niſi amputes, late ſeſe ſpargit, brachiis suis omnia com-
plectens & implicans. ita princeps ambitiosus ſemper aliquid e pro-
ximis ſuo adiungit imperio, niſi ſubinde uindicetur.

Sicut Aminæa uina ſenio fiunt meliora, ita quidā in iuuentu ſo-
lutiōres aut asperiores, atate & uſu rerum fiunt mitiores.

Cotra Apiana uina, & alia quādā initio dulcia, austeritatem ac-
cipiunt ab annis. ita quidam atate fiunt inhumaniores.

EX ARIST. PLINI. THEOP. LXVIII.

Sicuti Maroneum uinum, cuius meminit Homerus, uities tā
to aquae mixtum, tamen uigorem suum seruat. Ita sapiens nullis
soluitur uoluptatibus.

Vt uino nō est aliud corporis uiribus utilius, si recte utaris. nec
codem est quicq̄ perniciosius, si modus absit. Ita philosophia sa-
lutaris est res, si modice adhibeas, pestilentissima. si eius studio
temulentus, a cōmuniſ uita manis reddaris alienus.

Sicuti uina languidiora uappescunt ætate. Ita desipiscunt inge-
nia uulgaria, eximia etiam ad extremam durant ætatem.

Vina non modo soli sui referunt saporem, ueruetiam arborum
aut fruticum uicinorum. Ita non solum exprimimus eos, unde
progeniti sumus, sed & eos quorum conuentudine sumus usi.

Sicuti imitatitia uina, quæ frugibus conficiuntur apud quosdā.
haec tenus alſe quidunt uini uim, quod inebriant, non tamen per-
inde reficiunt cordis uigorem. Ita quidam quod in poetis est uitii,
id alſequuntur, nempe obſcenitatem. ceterum eloquentiam, ue-
nustatem, eruditioñem non possunt exprimere.

Oliua sero prouenit, sed fructum habent egregiū. Salix statim
adolescit, sed sterilis est. Ita præcox ingenium.

Negant ullum animal uenenum fame aut siti emori. Ita pe-
ſtilētes homies domi habent, unde se pascat, & suo aliunc beneno,
Persica ob id ipm pluris uenibant, quod nō durarēt, niſi in tri-
duū. ita auidius rapiendū, quod cito prateruolat, ut iuuenta.

Caprifici fucus nunq̄ maturescit, sed tamen gignit uermiculos,
qui deuolantes ad ueram ficum, per foſſo ficorum cortice, maturi-
tatem illis tribuant. ita sunt qui i ipsi nihil queant egregiū facere,
sed tamen aliquo pacto stimulant alios, ut id faciant.

Vt aquae laus est, si nihil sapiat (nam uitiolæ lignum est sapor
aut succus). ita a ceteris quidem requiri mus eloquentiam. Theo-
logus hoc ipſo laudatur, quod infans est, & a Musis alienus.

Fere non conuenit odori & savori, ut fics quibus nihil dulcius,
nullus est odor, & cotoneis plurimum odoris, savor autem asper-
tus, ita uix in eodem inuenias homine blandiloquentiam, &
beneficentiam ac fidem.

D^r. ERASMI ROT. SIMILIA.

Vt laurus tota uiret perpetuo . ita doctrinæ fama non senescit,
neq; marcescit. Lauri baccæ amaræ qdem sunt, sed saluti cōferunt.
ita philosophiæ præcepta salutaria magis q; blāda sunt aut iucūda.
Vina uasis infusa et taxo factis, mortifera sunt. ita lautaris ali
ogquin eruditio, si inciderit in hominem pestilentem, moribus il
lius redditur noxia.

Fraxinum campestrem intatūm horrent serpentes, ut nec ma
tutinas, neq; uespertinas illius umbras quāuis longissimas, unq; at
tingant, & si gyro frondibus huius arboris claudatur ignis, & ser
pens, citius in ignem fugiet, quam in fraxinum. ita nihil conue
nit uitii & studio sapientiæ, sub cuius umbra quisquis se continu
erit, tutus exit ab huius uitæ uenenis.

Tilia cum habeat corticem ac folia dulcia, tamen fructum ei⁹
nullum animal attingit. Ita quorundam oratio blanda, grataq; &
composita, sententiarum nullus fructus.

Vti bux⁹ semper quidē uiret, sed alioqui & odore noxia, & semē
habet omnibus inuisum animantibus. Ita quidam præter oratiōis
gratiā, nihil adferunt hōi fugiendum.

Rhododendri frondes iumentis, capris, & ouibus uenenū est, idē
homini cōtra serpentū uenena remedio. Ita quod stultus pernitie
adserit, ut res aduersæ aut eruditio, id sapiens uertit in suū bonum.

Vt arborum aliæ gaudent montibus, aliæ nullibus, aliæ siccis
locis, aliæ riguis & aquosis. Ita non omne uitæ genus omni homi
ni conuenit. Sunt quæ quoquis pueniunt loco, ita sunt horarū om
niū homines, accommodati ad mores omnium.

Sunt arbores aliquot, quæ post solsticium inuertunt sua folia,
ut ulmus, tilia, olea, populus, alba falix, ita tulgas procerum, si
mul atq; princeps uitæ genus diuersum commutari, uertunt & ip
si uultum, cultum, orationem, & omnia.

Sorbo folia uniuersa decidunt, cum ceteris arboribus paulatim
id accidat. ita quidam subito nudantur, aut profundunt, aut ge
nius uitæ commutant, cum sensim id fieri oporteat.

Ficus non floret, cum fructus habeat dulcissimos. ita quidam
benefaciunt nihil pollicitantes.

Morus nouissima omnium germinat, & tamen parit inter pri
mas. Ita qui tempus idoneum opperitur rei conficiendæ, etiam
si serius cœperint, tamen maturius conficiunt.

Vt arbores quædam belle florent, uerū nullū adserunt fructum.
Ita quorundam puerorū indoles magnam uitæ frugem pollicet,
qui simul acq̄ adoleuerint, ad ineptissimas conuersi uoluptates,
fallunt expectationem omnium.

Salix ante maturitatem abiicit semen, unde & Homerus frugi
perdam uocat. Ita quædam ingenia præcotia citius profluiunt ad
docendum, aut scribendum, quam oportet.

Cupressi semina adeo minuta sunt, ut quædam oculis cerni nō
possint, & tamen in eo tanta est arbor, tam procera. Ita ratio mini
mū quiddam est & occultum, sed eadem maxima est, si prodeat,
& uim suam explicet.

Stolonibus amputatis, oīa celerius adolescūt in arbore, nimi
rū alimētis collatis in una stirpe. Ita animus leuatus superuacuis
negotiis, plus efficit in studiis honestis, tota mentis ut in idē intēta.

Vitis nisi subinde amputetur, ipse sua fecunditate, gracilescit
& perit. ita cohibēdum est immoderatū studiū fœlicibus ingenii,
ne parū moderato labore consumantur.

In uite quicquid per amputationem adimis materiae, id fructi
bus additur. ita qui reciderit curas superuacaneas rerū sordidarū,
plus ualebit in rebus seriis & grauibus. Aut quo min⁹ est uerborū,
hoc grauiores sententiae,

Vt in inferendo calamus altius depresso, tardius fert, sed di
rat fortis. ita præstar sic rem aggredi, ut firmior sit ac durabilior,
poti⁹ quam ut præsens spectes lucellū.

Arbor per se infrugifera, insitione disicit ferre fruct⁹. ita præst⁹
ingenii institutione ad bonam frugem potest demutari.

Arbor suapte natura nō nisi unicū fructū gignit, insitione eadem
diuersi generis fructibus oneraſ. ita qui naturam suam sequit, sem
per idem est, qui arte ducitur, sui dissimilis est.

Vt noctuae aues iauspicata noctu gemetes (iā hæc illis uox est)
mortaliū inuidet quieti. ita virulenta lingua semper aliquid spar
git, quo concordia homin̄ distractur.

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

Vt ager ferox, sed quem oporteat multo impedio colere, non
multum iuuat colonū. Sic homo quæstuosus, sed idem sumptuosus,
haud multum reponit hæredi profuturum.

Vt in re rustica nō satis est te ipsum bonum esse colonū, sed ma-
gni refert cuiusmodi habeas & uicinum. Sicut in uita non satis est
si te ipsum integrum uiuum praestes, sed refert cum quibus habe-
as coniuetudinem.

Vt in loco pessilenti quoq; qui assueuerē durant, ita incommo-
da parum lādunt assuetos.

Vt loci salubritas incolarum colore deprehendis. ita muneric
sanctitas eorum arguitur uita, qui in eo uersantur, ueluti qui uer-
santur in ceremoniis, cum sint nequissimæ uitæ, declarant eas ad
pietatem nihil conducere.

Vt nihil minus expedit q; agrū optime colere, ita sapenumero
inutilissimum est, nimis esse in negocio diligentem.

Diligentes agricola terram prius notulis quibusdam deprehē-
dunt & explorant, priusq; illi credant sementem. ita explorandus
amicus ante q; committas arcam.

Vti faba & lupinum non exhaustit, sed stercorat agrum in quo
alitur. ita gratus meliorem reddit fortunam eius a quo beneficio
adiuuat, & refert quod accepit.

Fœnum gracum quo tractatur peius, hoc prouenit melius. ita
liberi quidam, quanto habueris indulgentius, tanto minus ualent,
neglecti uero & uexati euadunt in uiros.

Vti salicis semen ante maturitatem abiecit nō solum ipsum
nihil gignit, uerum etiā fœminis sterilitatis est medicamentū, hoc
est efficit ne concipient, ita sermones istorū qui prius docent q; ue-
re sapiant, nō solū ipsos non reddunt meliores, uerū etiā auditores
suos insuffici, & reddunt indociles.

Nouella uitis copiosius gignit uinum, sed uetustior melius. ita
plura loquuntur iuuenes, sed utiliora senes.

Ex arboribus quæ uehementer fructuosa sunt, eo celerius sene-
scunt ita raro sunt uiuaces egregio prædicti ingenio, & optima quæ
qua mortalium, fuga cissima sunt.

Solent arbores protinus emori, si quando præter solitū fœcum
da fuerint. ita fortuna præter morem blanda ac fauens exitium
imminere sæpen numero significat.

Est apud Indos herba qdā p̄cipui odoris referra minutis serpēti
bus, quarū istū protinus morientū sit, ita habent principiū quorū
dam aulæ quod alleget, sed occultant letale uenenum, ni caueas.

Apud eosdem est spina, cuius succus inspersus oculis, cæcitatem
adferit omnibus animantibus. Magis aut̄ excacat homines, si quid
aspergas de puluere aurī in oculos.

Vt in arboribus robustiores sunt partes Aquiloni opposita, q̄ q̄
Austrū aut Zephyrū spectant. ita fortiores ac firmiores sumus in
his, in quibus non duris calibus exercuit fortuna.

Cedrus & iuniperus, si oleo perungas, nec tineas sentiunt, nec ca-
riem, ita semel imbutus diuini spiritus succō animus, nullam hu-
ius mundi sentit corruptelam.

Arbores infocundæ firmiores sunt fœcundis. ita robustius est
corpus his qui nihil pariūt in literis q̄ qui se se laboribus exhauriūt

Vt quercus & aliæ quædam arbores sub terra defossæ duriores
redduntur ac durabiliores. ita qui diu p̄muntur aduersa fortuna,
diutius florent.

Cupresso non innascuntur cerastæ propter amaritudinem, nec
buxo propter duritiam. ita peitis adulatiois fugit leuera ac tristia
ingenia, mollia captat & faciliā.

Iuglans crepitu p̄nunciat se frangi, ut fugere liecat priusq̄ fiat
ruina, ita quidam non lədunt, nisi prius offendant se infernos. Alii
prius ləserunt q̄ expostulent.

Abies adeo cohæret glutino, ut prius scindatur qua solida est, q̄
qua glutino ferruminata. ita post redditum in gratiam firmior de-
bet esse amicitia, & arctius cohærent, quos copulauit mutuae be-ne-
volentiae glutinum q̄ quos natura coniunxit.

Hadera complexu necat arbores. ita fortuna prospera dum blā
ditur, strangulat & perdit.

Vt quædam terræ mergam (ea est candida medulla) in se con-
tinent, qua stercorentur ac pinguiscant. ita ingenium probum se

D. ERASMI ROT. SIMILIA.

cum haberet unde fiat melius.

Nihil projectius excrementis animantium, & tamen in sterco-
randis agris præcipuum habet usum. ita nulla res est tam nihili, quæ
non aliqua prospicit, si noris uti.

Cræca leguminis genus est adeo gratu columbis, ut ea semel au-
gustata negent illos postea ab eo loco profugere. ita qui semel au-
lae mel & honore degustarint, nunq ab aula possunt auelli.

Orobachæ ciceri infesta est, & eruo, ut æra tritico, ordeo festuca,
quæ vocat Aegilops, lenti securi daca. atq hæ quidem oes complexu
necant. ita quorundam amicitia pestilens est magis q inimicitia.

Aiut Asia & Gracia balneatores, cū uelint turbam pellere, car
bonibus iniicere semen ære, quod id faciat uertigines. ita philoso
phi quoties uolunt a suis libris submouere uulgas indostu, mathe
maticos quosdam numeros & figuras admiscent, ut ex his oborta
uertigine capitum, librum abiiciant.

Arator nisi incuruus sit, prævaricat, ut dicebant antiqui. ita mi
les, nisi impius sit, parum est miles.

Vt boni agricultoræ est nosse terram suam quam colit. ita præce
ptor diligens in primis studeat cuiusq indolem & ingeniu cognoscere, neq enim eadem sunt omnibus adhibenda.

Uti nouales licet alternis interquiescant annis, tñ ea cessatione
ubertate copesant, ita relaxatio ingenior mediocris facit, ut ad stu
dia reuersi, plus efficiam⁹ uigore animi, licet breuiore tpi spacio.
Nilus famine adfert ægyptiis, si uel paru exundarit, hoc est minus
duodecim cubitis, uel plus satis, hoc est ultra octodeci. ita pariter
obstat ad bonam mentem fortuna uel nimium secunda, uel nimium malig
na, hic egestate uexans, illuc deliciis auocans ab honesto.

Vt heliotropiū ac lupinū circuagunt cū sole, & quoctq se mo
uerit ille, eodē deflectunt & hæc cacumen. ita proceres aulici quo
cunq regis ingenium uergit, eo propendent omnes.

Sicuti quosdam arbores fœcūditas & luxuries enecat. ita quos
dam perdit immoderatus rerum successus.

Ager nimium stercoratus adurit, non stercoratus alget. ita mode
rata lectione vegetandū erit ingeniu, nam lectione saginaf anim⁹
non aliter q aruum stercore.

Sicuti utilius est crebro stercorari agrum q̄ multū . ita plus habet fructus assidua lectio q̄ aquida.

Vt pulegiū ipso brumā die floret, cū marcēt oīa . ita reb⁹ pessi me uexatis, regnāt mali, quorū in pace nullus est respectus.

Vt cibi, potus, cœliq; nouitas offendit, etiā si mutes in paria, aut in aliq;to meliora . ita p̄stat ferre principē, aut magistrar⁹ pristios q̄ nouos alciscere . qd̄ oīs rege nouatio nō careat perturbatione .

Vt hominem uehementer ægrotum, uel lunæ deliquiū, uel uetus asperior, uel maris deceſſus, aut huiusmodi quæpiam leuis reḡ cōmutatio tollit e medio . ita animos imbecilles & affectib⁹ corruptos quævis offenda perturbat, cū qui firmis sunt animis, iſtis modi non lentiant.

Vt plus est periculi corporibus nostris uere & autūno, ob mutationē . ita nouitas oīs offendit ac lēdit rem publicam.

Vt qui cogunt fecare, malū sere fecare q̄ ferro, quod hoc pacto uulnus sit sanabilius . ita qui cogit obiurgare quæpiā, ita moderabit orōne, ut ipsa in se nō nihil admisceat occultæ medelæ .

Vt pterniōibus & ambustis, frigida pariter atq; calida aqua medef . ita quadā errata diuersa ratione tolli possunt, seueritate & lenitate, subducta benignitate, & addita beneficentia.

Vt pterniōes & facit & tollit frig⁹, itē ignis ambusta sanat . ita amici obiurgantis oratio, dolori quē fecit, eadem medetur.

Sicuti Scopius si post iſtū admoueat vulnē, uenenū ad se retrahit . ita nihil est tam noxiū, quin secū adferat remediū sui malī, si quis modo uti nouerit.

Vt celerius inebriant, qui dilutū bibunt, q̄ qui merū . ita citius inficiunt animū, quæ sobrietatis aliquid habent admixtū, q̄ quæ simpliciter obsecna sunt. Nam a uehementer obsecnēs refugit animus; contra illa blandiunt aliquid uirtutis specie.

Vt qui uino cœciunt, aut alioqui laborant oculis, plures se uiderē res credūt, cū unam uideant . ita qui ob imperitiam, uerū nō perspiciūt in autoribus, multas ac uarias inducūt sententias . unde illud apud iuris male consultos, uel dic, toties repetitum.

Sicuti uinū alios hebetiores reddit, alios acutiores, alios elīguēs

D. ERASMI ROT. SIMILIA

facit, alios loquaculos, pro corporum habitu. ita eadem stultitia & ignorantia ueri quosdam incitat ad studium pecuniarum, quosdam ad uoluptates.

Vt sol lutum indurat, ceram liquefacit. ita eadem oratio ab eodem dicta, hunc emollet ad poenititudinem erratorum, hunc irritabit ad contumaciam.

Vt uinum dilutius magis prouocat uomitum, q[uod] uel aqua simplex, uel uinum merum. ita intolerabilior est nequitia pietatis simulatione condita, q[uod] simplex & aperta malitia.

Vt magis humectat uentre, magisq[ue] sitim pellit humor, qui sensim infundit, q[uod] qui uniuersim haerit. ita magis cohibent a petendo munera paulatim data dispensataq[ue], q[uod] si semel dones uniuersa

Sicutilaboriosus est inanem iactare manum q[uod] saxo aut luponbo libratam. ita molestius est in nihil rebus operam sumere q[uod] in arduis uersari negotiis.

Vt qui locis aequalibus ambulant, magis defatigantur q[uod] qui in aequalibus. ita laboriosius est, semper eadem aut similia repetere, quā in uariis uersari negotiis.

Vt citius fatigatur qui q[uod] longū sit iter, nescit. ita minore tedium gerit, cui negotiū ratio modusq[ue] præcognitus sit,

Vt morbus ad tucinū serpit cōtagio, sanitas ad ægrotatē nō itē ita ex cōsuetudine malorū facile boni corrumpunt, at nō contra.

Vt oscitant permulti, quod oscitante conspiciunt & micturiunt, quod meientē uiderint. ita quidā nullo certo iudicio ad suscipiēda negotia pīmouent, sed quiduis in aliis imitanſ ac referunt.

Vt aromatū, florū, similiūq[ue] odor grātior sentiē & longinquō q[uod] e proximo offendunt em̄ nonnunq[ue] naribus admota, q[uod] procul delectabant. ita sunt qua si leuiter attingas, placeant. si excutias accuratius & propius inficias gratiam amittunt. quod genus sunt pœta: um fabulae aut gentilium historiæ

Vt aromata tum uehementius fragrant, cum mouent aut terunt, fraguntur ue. ita uirtutis fama latius spargitur, cum exerceſ negotiū & rebus aduersis.

Vt cibi male olentes, non uident male olere his qui ederint. ita

spuræ Scotistarū & Sophistarū literæ cum alijs melioribus ini-
butos literis uehementer offendant, ac nauicam moueant, eos qui
fugas istiusmodi imbiberunt, nihil offendant, immo bellæ uidē-
tur & elegantes.

Vt panthera bene olet, sed non nisi bestiis, quas ad se trahit. ho-
minibus non item olet. Ita Scotus bonis ingenis grauius est. stupi-
dis ictis & bardis quoquis aromate gratior.

Vt qui hircos lunt, grauius olent, cum se ungueticis obleuerint.
Ita foedior est nequitiae fama, si eam doctrinæ celebritas reddat
magis conspicuam, latiusq; traducat in hominum fabulas.

Vt diameter siue dimetens, sic ab angulo ad angulum mediā
figuram diuidit, ut utrinque spatiū relinquat aequale. Ita iudex
in neutrā partem debet esse propensior.

Vt sol quo magis in alto est, hoc minores iacit umbras, quo
terra propinquior, hoc maiores, puta mane hac uesperi. Ita uir-
tus quo maior est & excelsior, hoc minus uidere cupit, minusq; se
se ostendat. Cōtra q; min⁹ ipsa re ualēt, magis sese dilatat ostētatiōe.

Vt maiore cum uoluptate caritionem audimus notam quam
ignotam, etiā si melior sit. Ita iis literis impensis uulgas delecta-
tur, quas didicit.

Vt in Diapalon tantus est concentus, ut uox eadem esse uideat.
Ita ueri amici unus uerū amicus. Aut sic adulator per oīa sublervit
ad orationē diuitis ut unum loquentem dicas, non duos.

Vt suadens est Antiphonum, quam si uox omnino sit eadem.
Sic iucundior amicus, ita concors, ut tamen nō nihil dissideat, q;
adulatori per omnia obleruiens.

Vt uala paria quorum alterum plenum sit, alterum inane, pul-
sata concentum faciunt. Ita bene conuenit inter diuitē
benignum & pauperem indigūm.

Vt quæ præclara sunt, uix multo cultu progeniunt. contra ce-
pe, allium & quædam huiusmodi uilia, etiam reposita aut suspe-
sa proferunt sese. Ita quæ sunt egregia, non nisi multo contingit
labore, quæ mala, pauci uobua sunt.

Sicuti uulgo dicunt aquilonem noctu exortum, nūq; ad tertium

VOCULARVM ALIQUOT

durare diem. Ita rerū motus qui non ex altis initii, sed facili cau-
sa subitaq; proficisci, facile sedans & cōquiescunt in republica.

Vt uenti desituri uehementissime spirare solent. Ita mortales
cum maxime efferunt se, ueluti Iulius Pontifex, tum proximi
exitio solent esse.

Sicuti Aquilo initio uehemens, desinit lenior. contra Auster
initio khor, desinit uehemētior. Ita qui pricipites magno
impetu rem agrediūt, frigescūt in progressu. Contra qui consi-
lio suscipit, magis ac magis accenditur operis progressu.

Vt qui acrius cupiūt perspicere, alterū occludūt oculū. Ita iudex
rectius intelliget iultū, si nullius perlona respectu deuocetur.

Sicuti luctiosi non cernunt nisi proxime admota, contra fenes
non nisi longiūcule difficiāt. Ita quidam diuerso laborant morbo.
Nam hic negligit amicorū res, neq; curat nisi quod proprie ad
suū pertinet negotiū. Contra alii fiuarum rerum negligentēs, in
aliem tantum sapiunt.

Vt eodē halitu, sed aliter emiso calfacimus ac refrigeramus.
Ita eadē oratiōe aliter pñūciata, mouebit affectus autfrigebit.

Sicuti uehementius titillat tactus, & iucūdus mouet friclus alienus, q; nōster. Ita iucūdus est laudari ab iis qui nobis nulla cogni-
tione aut familiaritate coniūcti sunt.

Dissimile.

Non ut ex sapientissimis parentibus stultissimi plerūq; nascūt si-
lli. Ita a doctis præceptoribus indocti discipuli, a probis educato-
ribus alūni improbi. Nā illī corporū est propagatio, hic animorū.

Quod oleum est muscis, formicis, fereq; reliquis insectis, id est
adulatio stultis principibus. Siquidem oleo peruncta moriuntur
illa. hi afflentatione & obsequio palponum in exitium trahuntur
ipsi, & trahunt rem publicam.

Vti sol hominem tingit nigrōre, cū linū candefaciat. Ita factū
idem huic infamiam conciliabit, illi gloriam & laudem pariet.

Sicuti qui morbo laborant regio iis mel cateris dulcissimum
amarum est. Sic sapientia præcepta piis iucunda, tristia sunt iis
qui prauis affectibus corrupti sunt.

E X P O S I T I O
DES. ERASMI ROTERODAMI PARA
bolarum sive similium, ex Plutarchi moralibus, Se-
neca, Luciano, Xenophonte, Demosthene,
Aristotele, Plinio, Theophrasto, finis.

VOCULA

R V M Q V A R V N D A M E X P O S I T I O.

A Canthyrides sunt auiculae quae & acanthides & cardueles di-
cuntur.

Adyta loca prophanis inaccessa.

Aelurus, id est felis seu catus.

Aera Corinthia fecit casus, quia incensio Corinthi confudit metallum.
Agathallia Volaterrano scribuntur αγαθάλαι auiculae sunt.

Alcyones aues hyeme in mari nidulantes.

Amnis a circumnando dicitur, unde continue fit alias.

Amphiotides, ut Eustathius uult, uasa quadam sunt ab auribus
dicta, accipiuntur pro aurium integumentis.

Amusotatos, id est inuenustissimus, maxime amusus, & a musi-
ca alienus.

Antenna est uelum transuersum.

Αντίφωνοι id est ἐναντίόφωνον hoc est contrariae vocis.

Apodes sine pedibus aues de hirundinum genere.

Asylum, locus aut aedes consecrata, unde neminem abstrahere
licet.

Attagen seu attagena avis Asiatica in Ionia praestans.

Aulæum est uelum pictum & suspensum. quod stratum tapes di-
citur.

B Arathrum, locus profundus & obscurus, ut cancer Athenien-
sis.

Bubo avis est nota, & abscessus circa inguen maxime.

Bucephalus, equus Alexandri Magni, a taurino capite dictus.

VOCULARVM ALIQUIT

Cantharides uermiculi sunt subuiridi & superlucenti colore,
quorum succus interimit, nisi alarum adsit remedium.

Capedo Neronis, poculum capacissimum.
Carcinoma, id est, cancer morbus.

Castoriū, medicamentū ex castoris, id est, fibri testiculis confectū.
Cestus est cingulum, quo a Venere aut marito cingitur legitime
nubens. Mar. A te Iuno peto ceston, & ipsa Venus.

Chiliades sunt numeri mille continentes.

Cyclops, unum oculum in fronte habens, ut Polyphemus.

Cicurare, id est, mansuētare & domare.

Cicuta herba fistulosa, cuius succus frigiditate ut uenēnum enecat,
Cynocephali sunt canina habentes capita.

Citta κατή, pica, prægnantium malitia malam appetentiā faciēs.

Clauus est gubernaculum, & committendi instrumentum.

Cocyx avis temporaria in palumbis, alaudæ & chloridos auium
nidis oua generat, putat eadem quæ & cuculus.

Colossi, ingentes statuæ, qualis Herculis Rhodii, unde Colosse
ses dicti.

Coturnix, vulgo qualea dicitur.

Croton, hoc est κρότων, musca canina.

Dionysiaci, id est Dionysiorū, id est conuiuiorum musici.

Domini sunt tyranni, & qui nō legibus, sed libidine dñantur.

Doryphori satellites sunt, a lanceis ferendis dicti.

Echinus pisces spinis inuolutus, ut echinus, id est, heriti⁹ animal

terrestre. Echineis piscesculus nauem tenēs, unde Græcis nomē

traxit, Latinis Remora dicitur.

Efferari est in feritatem & furorem rapi

Eleuo est minoris astimo, ut in trutina quæ eleuantur.

Εὐάργεια euidentia, Εὐαργής manifestus.

Epithalamium carmen nuptiale.

Errones planetæ.

Erugium dicitur etiam Erungium, & Eryngium.

Εὐτρόποια id est bona nauigatio. προφορια prouidentia. σωζοντες ser-

uans, καὶ id est, θρησπεία id est medela.

EXPOSITIO

Eponis, chlamys, vestis circundans brachia. Græce ἡσωμίς, cui⁹ diminutiuum legitur ἡσωμίλιον.

Fascinus & fascinū est animalium per incantationem aut uene ficum aspectum extenuatio & corruptio,

Feles, id est cati æluri.

Fiber dicitur etiam castor.

Fucus uespæ genus non mellificans, sed mel absumens.

Fuftis colaphus robustior, ferula leuior.

Geminī, id est, faces quædā geminæ, Castoris & Pollucis crediti.

Gyptum Calli plastrum uocant.

Hepar id est iecur.

Hymilis, uilis & abiectus.

Iaculi serpentes sunt præcipites.

Bis auis est ægyptiis sacra, ut ciconia serpentibus uescens.

Ixion frater Phlegiæ, Iunonem de stupro interpellauit.

Aconismus est Laconum sermo sententiosus & breuis.

Lamiae mulieres sunt, quæ ut Stryges sanguinem fugunt.

Lampyrides, vermiculi noctu lucentes.

Lippire est fluidos oculos habere, qui morbus lippitudo dicitur.

Melitæ canes paruuli sunt, a Melite insula, quæ est inter Italiam & Epirum, ut Strabo uult, ante Pachinum.

Metys, Pissoceron, Propolis & Rhitachæ, fauorum sunt partes.

Monas, id est unitas. Dyas, i. binarius numerus.

Monochromata, quæ unius sunt coloris. Chroma enim color est.

Munia, i. officia debita, a quibus liber immunis dicitur.

Narmia Umbriæ ciuitas, a Nare fluuio dicta

Epotes, gula & libidine perditi.

Estros uolitans, & muscæ species, boues per-

Osequens.

Palaestritæ, id est luctatores in palæstra, id est lucta se exercentes. Ersonatus histrio, id est, actor fabularum, personam id est os ficticium induitus.

Pharmacæ sunt medicamenta, interdum uenena & unguenta.

Philtra, id est, amatoria i. amare facientia per furorem.

VOCULARVM ALIQVOT

Pyramides sunt columnæ immensæ, in morem ignis in acumen erectæ, inter miracula mundi habitæ.

Pituita morbus ex catarro proueniens, græce phlegma.

Polypus multorum pedum, quæ flagella uocant, piscis fraudulentus.

Poneropolis, id est malorum ciuitas.

τὰ προηγμένα primi motus.

Prora anterior pars nauis.

Proteus deus marinus, de quo plene Ver. Geor. quarto.

Psilli populi in Africa, & Marfi in Italia, contra serpentes uim in natam habent, ut ii qui se de familia sancti Pauli adhuc in Italia iactitant.

Quadrarent crepidæ, id est, pedibus suis distortis effecti conuerterent.

Rabarbarum Calepinus Rhabarbarum uocat.

Rhamnusia, id est, Nemesis indignationis dea, superbia & insolentia ultrix. Sunt a quibus pro fortuna capitur.

Saburrare est imposito onere alioqui inutili, ut est aqua aut arena, contra procellas stabilire.

Salmoneus Aeoli filius, apud Elidem tyrannus, de quo ænei. vi.

Scamonium succus scamoneæ fruticis.

Scarabeus animal paruum uolatile, uulgo Scaranacius dicitur, a in schroeter.

Scopus signum intentum, unde episcopus superintendens.

Sedare est placare & tranquillare, ut pag. cxix. quod sedet affectus a sedo, non a sedeo dicitur.

Sedentaria ars, quæ a sedente fit, ut sutrina, sartoria.

Sensim, id est paulatim, ut facile sentias

Sicyæ sunt cucurbitæ, & pyxides uentosæ, quibus sanguis elicetur.

Symbola sunt signa & indicia, siue amicitiae & societatis, siue fidei, siue commissationis communiter redimendæ.

Symmetria, id est commensuratio.

Smilium græce σμιλίον, culter est tutorius quo corium inciditur.

Vtitur hoc uocabulo Lucianus in Gallo.

E X P O S I T I O

Spasmus est contractio, ut qui contractis labris uidentur ridere
Stolones sunt inutiles arborum fruticationes.

T Arandum Scythia fert, magnitudine dorsoq; tauri, pelle uer
sicolore & impenetrabili.

Telephus rex Mysiorum ab Achille uulneratus, haftæ eius rubigi
ne sanatus est, unde. Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.

Tentyritæ seu Tentyri animalia uenenosa. Plinius.

Tessera sunt tabellæ, quib⁹ in pyrgo seu alueolo luditur, ad casum
cuborum seu alearum.

Theatrum, ædificium in quo spectacula æduntur

V Estales, uirgines deæ Vesta captæ, quales moniales
Xenia sunt hospitalia munera.


Zeus is pictor apud Ciceronem egregius, in secundo Rhet. uet.

Zythos seu zuthos potio aut uinum est ex hordeo

Vocularum expositionis finis.

Haganoæ, in ædibus Thomæ Anshelmi Badensis.

Mense Julio. Anno M. D. XX.



EX-BOOKS